



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Refutatio Tractatvs Gregorii De Valentia Hispani, Iesuitæ
Ingolstad. impij, de prophana, abominanda & execrata,
verboq[ue] Dei damnata Missa Pontificia**

Heerbrand, Jakob

Tvbingæ

VD16 H 1081


urn:nbn:de:hbz:466:1-36568



Th. 956.

D[~]
351






Refutatio
TRACTATUS GRE-
GORII DE VALENTIA HISPANI, IE-
suitæ Ingolstadii, de prophana, abominanda &
execrata, verboq; Dei damnata Missa
Pontificia.

AUTHORE
IACOBO HEERBRANDO S. S. THEO-
logiæ Doctore, & Professore, in inçlyta Tubingensi
Academia, Catholica & Apo-
stolica.



TUBINGÆ.
Apud Alexandrum Hockium.
M. D. LXXXI.



ROBERTO HERBERTO
DOCTORIS THEOLOGICI
ACADEMIAE SAEPTIMANAENSIS
PRAESES
PRAEFATIO



APUD ALBINUM
PRAEFATIO

G
MA
ni
to

fi
uo
qu
pri
tiō
tus
leg
sol
mir
tan
om
tan
de
sa
da
ui
Po

GENEROSO AC

MAGNIFICO DOMINO, IOHAN-

ni Raerber à Pixendorff, & in Grauenwerd, Comiti comi-

tatus Saaros, Sacratissimæ Cesareæ, Regiæq; Maie-

statis consiliario, & partium regni Hungariæ

superiorum Generali Capitaneo,

domino suo clementi,

S.



Edidit proximis nundinis Francofor-
diensibus, Gregorius de Valentia, Ie-
suita Hispanus, Ingolstadij, præter Libel-
lum de Idololatria, mortuorum inuoca-
tione, statuarumq; adoratione, tam diu
multumq; agitara inter nos controuer-
sia, Tractatum de Missa, contra me. Non quidem pro-
trocatus: *Lis enim mihi fuit de hac materia, cum alio*
quodam eius socio, in eadem schola, qui & ipse quoq;
prior me inuasit, proposita de Missæ sacrificio: Disputa-
tiõe: cui ego proposita alia, respõdi. Hic nescio quare mo-
tus ardilio Hispanus, nũ fortẽ imparẽ huic certamini Col-
legã iudicarit, vt succenturiator illi succederet: vel vt
solus Atlas, qui cœlum Papisticum nutans, ruinamq;
minitans, & Missam Pontificiam, à Luthero labefacta-
tam ac prostratam, erigere possit & sustentare, ab
omnibus iudicetur, Disputatio nem illam meam refuta-
tandam, hinc inde quibusdam excerptis, Tractatu illo
de Missæ instituto, suscepit. Quem ego hominis ve-
sani Tractatum, demonstrata Missæ impietate, horren-
dãq; cœnæ Dominicæ prophanatiõe, hoc Libro refuta-
ui, meãq; defendi Disputationẽ. Atq; ita cum monstris
Pontificijs perpetuum est mihi & irreconciliabile bel-
lum

) (2

lum

PRÆFATIO.

lum. Qui tamen labor mihi perfacilis fuit, quod hominum vanus & ambitiosus, solum clamoribus, sophistica, calumonijs agat contra me, vsitataq; Papistarum argumenta, quibus Dagonem illum suum & Maylim (verbis scripturæ vtat) stabilire conantur, ex decreto conciliabuli Tridentini tantum reperat. Prolixè autem lōgis errorum ambagibus, probare cupit, Missam suam verum esse sacrificium, idq; per folia plus quàm decenta, productis locis, de Melchisedech, qui panem & vinum exercitui Abrahamæ protulisse à Mose scribitur. Vbi homines isti lyncei Sacrificiū vident corporis & sanguinis Christi, sub speciebus panis & vini in figuram oblatum ab illo. Et Malachiæ, qui scribit: In omnibus co offertur incensum nomini meo, & oblatio mundi quia Magnum nomē meum in gentibus: quo loco promissum Missæ sacrificium ab illis perhibetur, scilicet. Sic enim Patres, quos isti crepant, loca hæc de Missæ sacrificio, quod pro peccatis viuorum & morruorum in purgatorio liberandorum, proq; alijs necessitatibus, offerendum, interpretatos esse. Hæc summa est commenti proluxi. Refutauit autem firmis, solidis & perspicuis scripturæ S. S. deinde etiam Patrum testimonijs, vt cum scriptura S. consentiant & concordent, quæ Aduersarius contra coenæ Dominicæ institutionem à Christo factam (quæ fundamentum totius est dispositionis) allegauit, & corrupit.

Hunc librum, Magnifice Baro, Generositati tuæ dedico, speroq; non fore hoc meum officium ingratum. Sed fortè mirabuntur quidā, quo ego id faciam consilio, cum argumentum hoc personæ minus conuenire videatur. Quid enim summo Hungariæ Capitaneo in finibus Turciæ, quasi in acie, præsidio certe & statione per-

petua contra Turcicas irruptiones collocato, cum libro
 Et quidem de Missa, vel potius cōtra Missam scripto:
 cum Missis potius maximo numero isthic celebratis,
 tyrannis & rabies Turcica repellenda videatur supersti-
 tiosis adhuc quā plurimis. Adde, quod vulgus grega-
 riorum militū plerūq; malè audiat, prophaniq; dican-
 tur, quòd neglecta plerūq; pietate & religione, castra
 tantū & non templa sectentur, nisi vt illic rapinas exer-
 ceant, & diras in Deum euomant plerūq; execratio-
 nes. Sicut Poeta canit:

*Nulla fides pietasq; viris, qui castra sequuntur,
 Venalesq; manus, ibi fas, ubi maxima merces.*

Sed & fortes ac strenui milites armis magis, gladijs,
 bombardis &c. quæ quotidie tractant, quibusq; cum
 hoste congregiendum, quā libris, qui ad militiam &
 victoriam inepti esse parumq; facere videntur, gaudent
 & delectantur.

Verū, si rem rectè perpenderit, longè secus
 habet, quā vulgò existimatur. Hoc enim vitæ genus,
 militum scilicet, Deo probatur, in eoq; grata ipsi fieri
 possunt: quod Baptista, à militibus interrogatus, quid
 sibi faciendum esset, docet. Non enim, armis abiectis,
 stationem, & vitæ genus deserere & mutare, sed in eo-
 dem perseverare, & quæ vocatio postulat iustè, facere
 præcepit. Ad tuendam enim patriam, pacem, vel con-
 seruandam, vel amissam reparandam, tranquillitatemq;
 Reipub. defendendam milites Deus vocat: vt in pace,
 tranquillitate, & ocio pietatem colere & sectari, sanctè
 & iustè vivere, quietamq; & tranquillam vitam
 agere, in omni pietate & castitate, vt docet Aposto-
 lus, atq; ita Religionem veram ac synceram propagare
 possimus: quæ hostilibus barbarorum incursionibus,
 omnia non solū neglecta iacent (silent enim inter ar-
 ma

):(

ma

ma leges) sed etiam vastantur, & penitus evertuntur, quod pro dolor in illis partibus, quæ in Turcorum vicerunt potestatem, videre est. Iste ergo finis est militiae, & militum, & Capitaneorum, & Ducum Christianorum. Sic David bella gessit, & Deo dante successum, felicesque euentus, ac victoriam contra hostes, fecit fuit Rex, Dux, & Imperator, quod gratus agnoscit & prædicat, dicens: Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum, Protector meus, & in ipso speravi, qui subleuauit populum meum sub me. Qui das salutem regibus, qui redemisti David seruum tuum, de gladio maligno eripisti me, & erue me de manu filiorum alienorum &c. Item Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Nec enim patres nostri in gladio suo posuerunt terram, & brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua, & brachium tuum. Sic Ioab, summus militiae eius dux, vbi iam instructa acie, cum hoste congreduendum & dimicandum esse videt, fratrem Abisai quem alteri cornui præfecerat, cohortatur, Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate Dei nostri: Dominus autem, quod bonum est in oculis ipsius, faciet.

Deinde victoria magis, pijs à Deo precibus impetratur, quàm robore exercitus. Sicut Iosaphat, pius Rex, non armis, quàm precibus ad Deum fuis, insignem & præclaram victoriam reportauit. Sic Maccabæi quoque, pro lege Domini, & sic aris & focis pugnantes, precibus magis, quàm viribus, quibus longè erant inferiores, præclaras reportauerunt victorias à gentibus.

Præterea, in historia Euangelica trium fit mentio

P R A E F A T I O :

Capitaneorum, qui etsi Ethnici fuerint, extra Remp^{te} Iudæorum, maxima tamen illorum fuit & prædicatur pietas erga Religionem gentis Iudaicæ, veram tum in terris Dei Ecclesiam. Quorum vnus Synagogam extruxit Iudæis, in qua conuenientes Scripturâ sacram tractarent, Deum pijs inuocarent precibus, colerent & celebrarent: cuius fidem supra modum Christus prædicauit, eamq; longè omnibus suæ gentis hominibus hoc nomine prætulit: Amen, inquit, dico vobis, tantam fidem non inueni in Israel. Centurio verò qui Christo adstitit in cruce morienti, Deum glorificauit, huncq; crucifixum, in medio pendentem latronum, quem Pontifices & sacerdotes, qui Ecclesia Dei perhiberi volebant, eiusq; columnæ præcipuæ, in crucem suo iudicio & sententia, tanquam blasphemum & seditiosum, egerant: iustum ipse, & verè filium Dei pronunciat, & confitetur. Quantò igitur hic omnibus istis melior, iustior, sanctior Ceturio? Sic & Cornelij præcipuè Centurionis prædicatur pietas, cui Deus misso angelo apparuit, pleniorẽq; sui cognitionem per Apostoli Petri prædicationem dedit, & postea effuso Spiritu S. donis miraculosis illustrem reddidit, vt cum tota familia Christum, Saluatorem vnicum, vera fide agnouerit, & coluerit. Interea Scribis, Pharisæis, Sacerdotibus, & Pontificibus populi Dei, qui vel soli videbantur Ecclesia Dei, in sua impietate perseuerantibus, derelictis, & pereuntibus, quod Christum recipere nollent, Apostolosq; eius persequerentur. Quod ipsum hodie quoq; accidit.

His pijs Centurionibus, Generose Baro, si Generositatem tuam annumerem, (nihil do auribus) non peccatu

PRÆFATIO

peccatorum me scio. Audio Generositatem tuam, puero, inuictissimi, potentissimi, & foelicissimi Imperatoris Caroli V. castra secutum, & sub illo tyrocini exercuisse. Sicut eleganter admodum Virgilius scribit Euandrum, Regem senio confectum, Pallanta filium suum Aeneæ adiunxisse, hisq; commendasse verbis

*Hunc tibi præterea spes & solatia nostri
Pallanta adiungam, sub te tolerare Magistro
Militiam & graue Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis & te miretur ab annis.*

Ita Generositatem tuam à parente Generoso Christophoro (quem adhuc in viuis octuagenariam maiorem esse audio) inuictissimo illi Imp. sed melioris fato, traditam & commendatam, sub illius signis & auspicijs, perpetuis exercitatâ bellis, per omnium bellorum gradus, ob incredibilem militiæ peritiam, ad summum ascendisse fastigium, Vt iam pro Republica Christiana in finibus Turciæ in præsidio collocata, summa cum laude versetur. Ingens decus est & ornamentum fortitudo bellica, & rarum Dei donum foelices salutare duces exercitus. Quod si accedat vera animi pietas, vera Dei agnitio, fides indubitata, inuocatio Dei vera per Christum, timor & obedientia Dei: nihil pulchrius, nihil maius excogitari potest in terris. Tales fuerunt duces militiæ, Iosua, Dauid, Iosaphat, Hieronimus, Reges Iuda: Tales, Constantinus verè Magnus, Carolus Magnus, Ottones, Henrici, Friderici, Imperatores.

Talem, Generose Baro, te quoq; à multis prædicari audio. Satis etiam celebrare, Generositatis tuæ pietatem. D. Caspar Crazerus, aulicus eius concionator, non potest

P R Æ F A T I O

potest, literis de ea ad me datis. Nam bellica virtus, quia in oculis versatur omnium, & publicum bonum est, aliàs omnibus est nota. Hæc verò domestica sunt, & priuata pietatis exercitia quotidiana, precationum, lectionum sacrarum meditationes, & colloquia de rebus sacris, etiam in mensa, maximè finitis concionibus sacris, stadium & amor religionis nostræ synceræ, educatio liberorum, & assuefactio ad pietatem, instillatis pietatis seminibus teneris eorum animis, captiuorumq; Christianorum redemptio. Sicut cum hæc, cum alia, idè ad me perscripsit, tantis G. T. animi ornamens esse dotibus, vt verè affirmare possit, Deum in eam omnes effudisse virtutes ac dona spiritualia liberalissimè. Quòd si tales multos haberet Germania Duces & Capitaneos, nã facilius & fortius inuersiones & impressiones Turcicæ repellerentur. Hisce enim Deus salutem dat, sicut David cecinit. Quæ cum in hunc sint comparata modum, author idem D. Crazerus mihi fuit, vt Scriptum hoc sub nominis vestri auspicio publicarem, meq; hoc ipso rem vobis, pro singulari vestro erga Religionem nostram synceram amore & studio, facturum gratisimam, mihi confirmauit. Nec dubium est, vestra pieate & precibus plus vos apud Deum, patrem liberatoris nostri Iesu Christi, eisq; tanquam globis bombardicis, contra barbaros & crudeles Turcos emissis, efficere, quàm Pontificios omnes, in toto orbe Christiano, cum omnibus suis Missis, quibus Deus nõ propitiatur, nec ira eius placatur, sed magis irritatur & prouocatur horrenda ista Idololatria, coenæq; Dominicæ prophanatione. Cumq; Missas suas isti execratas nolint facere missas, dubium non est, Deum illis pro-

P R A E F A T I O.

Prouocatum, Turcos immittere, vt ipsi Missam abrogent. Quod ipsum Ieremias populo Iuda conacione sed frustra, quemadmodum nos iam quoque aduersarijs. Quia Iddolatræ cæci sunt. Nihilominus autem faciamus nos vtrinque officium, Docendo, scribendo nos: Vos verò præliando fortiter, & coniunctis ad Deum precibus petamus, vt Germaniam, dulcissimam nostram patriam, contra rabiem Turcicam, & Pontificiam, clementer defendat, synceramque Religionis & verbi sui doctrinam apud nos conseruet, & ad posteritatem quoque propaget.

Postremò, Generose Baro, humiliter peto, hoc meum studium æquo animo, hilarique fronte, & eximia vestra pietate, suscipiatis. Ego vicissim Generositatem vestram Deo Opt: Max. commendans quem toto pectore oro, vt eam florentemquam diutissime conseruet, aduictis animi & corporis viribus, angelicisque suis castis, piorum custodibus, cum exercitu & presidio insinibus Turcicis circumuallet & castrametum in circuitu vestro, atque roboret, vt multa Reipub. Christianæ salutaria, contra communem patriæ hostem efficiatis, Amen. Data Tubingæ, Calend: Februarii Anno 1581.

Jacobus Heerbrandus
& Professor Theologiae
Academia Tubingens



TVBINGAE.
APVD ALEXANDRV M HOCKIVM
M. D. LXXXI.



R B
G R E

N

offeren
pietatis
re, Pan
daueri
nissimo
focis, le
cij An
dor, p
ignauo
branda
geneo
offeren

ndatum
vocat
gam, m
to Chr
metum
sultate

se sac
rj sine
rem, P
rem m
fetur.

REPVATIO TRACTATVS

GREGORII DE VALENTIA HISPANI, IESVITÆ
Ingolstadiensis, de Prophanæ & abominandæ Missæ
Pontificiæ Sacrificio.

A V T H O R E

IACOBO HEERBRANDO D.

Missam Pontificiam, quæ horrenda est Cœne Dominicæ prophæ-
tatio, quam ex Sacramento, diuinitus instituto, sacrilegè fece-
runt Romanenses, sacrificium verè propiciatorium, pro pec-
catis viuorum & mortuorum, nec non alijs necessitatibus,
offerendum: Gregorius à Valentia Hispanus, Iesuita Ingolstadiensis, omnis im-
pietatis et idololatriæ turpissimæ, Pontificiæ, quam in mortuorum inuocatio-
ne, Panis à se magicè consecrati, Statuarum & imaginum, nec non ossium ca-
dauerinorū adoratione, exercent, Patronus iuratus, Sacrosanctum & diui-
nissimum vocat sacrificium, pro illiusq; defensione, tanquam pro artis &
focis, laborat & pugnat. Nec immeritò quidē, quòd neruus sit regni Pontifi-
cij Antichristiani. Hinc etiam opes regiæ Papatus, & Monarchiæ illius splē-
dor, prouentus vberissimi, pompa maxima. Hinc innumera sacrificulorum
ignauorum & ociosorum hominum caterua, qui ad aliud nihil, nisi ad cele-
brandam solam Missam, conseruantur & fouentur omnes, dicente Suffra-
ganeo in ordinatione: Accipe potestatem conficiendi, vel consecrandi, &
offerendi, pro peccatis viuorum & mortuorum.

Meam verò Disputationem, quam ante sesquiannum, contra abomi-
nandam Missæ Pontificiæ sacrificium, ab alio quodam collegarum ipsius pro-
uocatus, proposui, & inscripsi: Impiam, Prophanam, Pestilentem: sacrile-
gam, mendaciam, blasphemam, alijsq; epithetis ornat, Nosq; qui pro testamen-
to Christi, ab ipsis violato, pugnamus, subsannatores, Nouos, nouorū dog-
matum sectatores, infeliciter parente Luthero natos, procaciter vniuersæ in-
sultare Ecclesiæ, maledicta in præcipuum Ecclesiæ cultum iacere, ait.

Multa quoq; cū in Epistola dedicatoria, tū in toto suo hoc de Mis-
sæ sacrificio tractatu, contra Reuerendos, pietate & eruditione eximia cla-
rissimos viros D. D. Martinum Lutherum, synceræ Religionis instaurato-
rem, Papatusq; Idololatriæ expugnatorem, fortissimūq; Heroa, Præcepto-
rem meum olim charissimum, & D. D. Chemnitium (quod & in titulo pro-
ficetur) & Examen decretorum concilij Tridentini ab ipso scriptam, desul-

toris

toria leuitate nugatur & calumniatur, ac nescio quas spirat minas, & per-
 turit montes scripturienis, perinde ac si Atlas qui firmus esset, ad hoc nau-
 & in Germaniâ cœlitus quasi delapsus, cum dubiū sit minime, quam à Diabolo
 cum suis collegis sit excitatus, ut cœlum Pontificium, ne ruat, suo stylo suste-
 taret, seq; cum hæc, tum alia, quæ in Examine illo contra Tridentini Conci-
 abuli impij decreta scripsit, per partes velle resillere, proficitur. Ad qua
 nia & singula respondere, etsi instituti mei non ferat ratio, cum neq; tunc
 mihi ocij à laboribus meis assiduis & continuis quotidianarum prælectionum
 in schola, & concionum in Ecclesia, ut alios taceam, qui mihi ratione
 eij incumbunt, super sit: sed succi suas tantum horas huic scriptioni & co-
 mibus, cum hoc contentioso Sophista & alijs, qui me laceffunt, pluribus
 mul, quod ne Hercules quidem fecisse perhibetur, impendere necesse erit
 men scubi opus esse videbitur, laborem non subterfugiam, præsertim
 interdum eadem sint & communia, in causa communi, argumenta. Ven-
 neq; meo indiget Dominus Doctor Chemnitius patrocinio: sed si ex re-
 usu Ecclesie, atq; opus esse iudicauerit, cum isto inquietissimo, impijsimo
 Idololatra, & ad omnia rectè dicta calumniandum nato Sycophanta, ma-
 machiam suscipere, ita Dei beneficio instructus est rerum cognitione
 rum, dicendi facultate, alijsq; ornamentis, ad certamen hoc necessa-
 rio, & cause iuste honesta defensione non sit defuturus.

Ego autem superuacaneum esse iudicauit, materiam istam de
 Pontificia, hoc loco integram de nouo tractandam suscipere: cum nostrum
 alij multi, monstrū illud Pontificium horrendum, ingens, ita debellauerunt
 inq; hominum mentibus occiderint ut quod specie sua, irato Deo in Eccl-
 am irrepit, præcipuusq; eius cultus à malè persuasis hominibus iudicabi-
 iam luce verbi Dei illustrati, maximam esse impietatem agnoscant, Cœ-
 Dominice horrendam prophantionem. Ideoq; Patronos eius, nisi fr-
 carerent, putridarum & putidarum istarum mercium, & nundinatio-
 ni Indulgentiarum Papalium, & nugarum aliarum atq; impietatum & im-
 lomane turpissimæ: ita & Missarum venalium, pudere deberet merito, &
 eas prostituere amplius, sed perpetua silentio sepelire: Cum nihil solidi pro
 sue sacrilege Missæ defensione, contra nostra aff- rre possint, Quia
 omnino visum est Hispano audaculo, pugneq; cupido, omnes querere
 vadendi occasiones, & Collegæ suo, ut solus omnia ardelio scire et præ-
 posse videatur, succenturiator. Voluit succedere: Ideo ad ea, quæ mihi

mea obiecit Disputatione: quæq; iste ad impiam, prophanam, & abominandam
sue Missæ sacrificiū stabilendum protulit, Deo bene me iuuante, responde-
bo breuiter, mea defensor, aduersarij nugas partim, partim impietates &
blasphemias, refutaturus.

Principia autem, quibus sententias & fundamenta sua vbiq; sit pro-
baturus, proponit: Scripturam sacram, rationem, & probatorum Patrum
authoritatem.

Et quid in quod ad Scripturam Sacram, sufficiebat ista ad certamina
Ecclesiastica dirimenda & sopienda. Sicut Constantinus ille verè magnus,
& primus Christiani orbis Imperator, Religioni sincere addictiss. in
Concilio Niceno, primo vniuersali & Oecumenico, a se indicto, presertim,
Biblijs sacris in medio positis: Euangelici, inquit, libri sunt, & Apostolici,
antiquorūq; Prophetarum sanctiones, quæ nos erudiunt, quid de sacra lege
sapiamus. Expellentes igitur hostile certamen, ex verbis diuinitus inspira-
tis, solutionem Questionum mente percipiamus. Et non iniuria quidem:
Ad has enim & Christus nos ablegat omnes, ex his & cum Sathana, &
eum suis congregatur aduersarijs, eosq; vincit. Ad has nos ablegat, inquit
deficiens: Moysi habent & Prophetas, hos audiant. Item: Scrutamini Scrip-
turas &c. Ad rationes quod attinet, quales iste sint, suo loco videbimus.
Solut enim Hispanus, cum Scripturæ S. destituitur testimonijs, vt in ple-
risq; suis, mirabiles, futiles, nulliusq; momenti colligere ratiunculas. Non
secus ac Irenæus de Hereticis scribit, quod argumenta conueniant, perinde,
ac si quis ex arena funiculos necere velit. Quod in Disputationibus, de
Idololatrica mortuorum inuocatione, & Statuarum adoratione, vidimus.

Quod ad Patres, eorumq; testimonia: non ignoramus cum Basilio,
persuasiva quodammodo Vetera esse dogmata, in antiquitate velut canicie
quædam, reuerendum quiddam habere. Quis tamen prohibeat, ne ea liberta-
te utamur, ad quam Christus nos vocauit, quamq; isti bona gratia nobis
concesserunt? Etsi igitur magna, propter antiquitatem, illorum sit autho-
ritas: sciat tamen Hispanus, tanti nos non facere illos, vt fidem eis ha-
bituri simus, nisi Scripturæ Sacre autoritate sua confirmet. Quod enim
descripturis autoritatem non habet, inquit Hieronymus, eadem facilitate
respuitur, qua adstruitur. Et nota sunt, quæ copiose & multis D. Augu-
stinus, in tam multis suis scripsit, in hanc sententiam, operibus. Epistola 19.
ad Hieronymum. Non patrum autoritate quorumcunq; sed solius Scrip-
turæ

“ Epistola dedi-
“ catoria.

4
ura Canonice vult teneri. Epistola. 111. Neq; enim quorumlibet di-
sationes, quamvis Catholicorum & laudatorum hominum, vel ut scriptur
Canonicas habere debemus, ut nobis non liceat, salua honorificentia, que
debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare atq; respuere,
fortè inuenerimus, quòd aliter senserint, quàm Veritas habet, diuino
aiutorio, vel ab alijs intellecta, vel à nobis. TALIS EGO SVM IN SCRIP-
TIS ALIORVM, tales volo esse intellectores meorum Horum similia

August. contra
 Manich lib.
 11 cap. 5.
 Id. contra Crescon.
 Grammat. lib. 2.
 64 p. 32.

bentur & sequenti Epistola 112. plurima. Et iterum: In scriptoribus Eccl.
 siasticis liberum habet lector, auditorue, iudicium, quo vel approbet, qu
 placuerit: vel improbet, quod offendit, si cui difficuierit, aut credere
 luerit, non reprehenditur. Idem alibi. Ego huius (Cypriani) auctoritate
 Grammat. lib. 2. tencor, quia literas Cypriani, non ut Canonicas habeo, sed eas ex Canonicis
 considero, & quod in eis diuinarum scripturarum auctoritati congruit,
 laude eius accipio, quod autè nò congruit, pace cū eius respuo. Et postea
 Verò quoniam Canonicum non est, quod recitas, ea libertate, ad quam
 Vocauit Dominus, eius viri, quod aliter sapuit, non accipio. Et iterum
 Quapropter ita hoc Cypriani non accipio, quamuis inferior incomparabiliter
 Cypriano, sicut illud Petri Apostoli, quod gentes Iudaizare cog
 bat, nec accipio, nec facio, quamuis inferior incomparabiliter Petro. Ita

Id. lib. de Natura
 et gratia cap. 61:
 Id. libro. de pa-
 storibus cap. 14.
 Chrysof. in Math.
 24. cap. Homil.
 49.

Quomodo enim dictum sit, author huius sententie viderit, qualiter
 exponere. Et alibi. Vocem Pastoris inquirō. Lege mihi de Prophe-
 lege mihi de Psalmo, recita de lege, recita de Euangelio, recita de Aposto-
 Inde ego recito Ecclesiam, toto orbe diffusam, & dominum dicentem: Qu
 sunt oies mee, Vocem meam audiunt & sequuntur me, auferantur ch
 humans, sonent voces diuine &c. Et Chrysof. Quare, hoc tempo
 omnes Christiani conferre se ad scripturas debent. Quia in tempore
 ex quo obtinuit heresis illa Ecclesias, nulla probatio esse potest Christiano
 tis vere, neq; refugium potest esse Christianorum aliud, volentium ego
 scere fidei veritatem, NISI SCRIPTURÆ DIVINÆ.

Hec pluribus confirmanda fuere, quòd non ignoremus, presertim
 hac materia & Disputatione, qua aduersarij inopia testimoniorum sacra
 scripture laborant, potissima probationum suarum fundamenta ex Patrum
 scriptis petere, ut quantum illis tribuendum sit, prudens Lector animo
 auctat.

Nitiò
 I contra
 cipalem
 Missa Po
 domini
 torum s
 bus. Se
 luit: qu
 ambages
 insidiosi
 am, ver
 diligent
 sacrifici
 ficiam.
 discrim
 meq; ac
 fluctuet
 Q
 mihi no
 facere v
 bis sic o
 monere
 alium sa
 me edita
 versus,
 seruat
 ipicie s
 siones,
 MIN A
 proposi
 Patribus
 pro viu

de Missa Pontificia.

Contra caput primum.

In illud Hispanus non contentus eo, quod in questione Disputationis mee, contra abominandum Missæ Pontificiæ sacrificiū, caput cause, statum principalem, & æquūque discretè & perspicuis verbis esse dixi: An, videlicet, Missa Pontificia, in qua se offerre iactant sacrificuli corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi, sub speciebus panis & vini: sit verè propiciatorium sacrificium, pro peccatis viuorum & mortuorū, alijsq; necessitatibus. Sed plures questionēs distinctas cumulat, & proponere quinq; voluit: quæ tamen omnes in hac vna continentur. Quò, videlicet, per longas ambages, & tortuoso disputandi genere, artibus Diabolicis & serpentinis insidiosè, ad id quod instituit, facilius peruenire possit, Missa scilicet Pontificiam, verum esse propiciatorium sacrificium. Et multus est in hoc, vt doceat, diligenter distinguendum esse, inter duas istas questionēs: Vtrum Missa sacrificium sit in genere: Et in specie, Num ritè fiat, & legitimum sit sacrificium. Non enim vnum & idem esse. Et commoda atq; incommoda huius discriminis obseruati vel neglecti, ex confusione istarum ostendere conatur, meq; accusat, quòd in Disputatione mea non distinxerim. Vnde etiam tota fluctuet &c.

Quod si aduersarij ingenium, ex præcedentibus nostris certaminibus, mihi notum non esset, mirarer sanè hominem. Cum verò suo more id eum facere videam, nihil miror prorsus. Quasi verò hanc ad rem Doctore nobis sit opus, qui inde vsq; ex Hispania ad nos transuolet, vt hac de re nos admoneret: discrimen videlicet esse, inter duas illas questionēs. Quod si Titulum saltem disputationis mee, quam alterius cuiusdam ipsius socij contra me edite opposui, mentis compos, & non cholera sua accensus, inq; furorem versus, inspexisset, facillè vtiq; vidisset, hoc ipsum à me, quod desiderat, obseruatum: Sic enim ille habet: Contra ABOMINANDVM Missæ Pontificiæ sacrificium. An, qui hoc dicit, non distinguit inter duas istas propositionēs, vel questionēs: An sit sacrificium: Et quale sit? videlicet, ABOMINANDVM, sicut & in ipsa disputatione, cum alibi, cum etiam in 108. proposui: quam iste contra me allegat, dixi: Nequaquam sequitur: Missa à Patribus dicta est sacrificium: Ergo est verè propiciatorium sacrificium pro viujs & mortuis. Plus enim est in consequentia, quàm in antecedenti.

B ij

Quod

Fol. 1.

Fol. 2.

Vol. 10.

Quod si maxime, nulla ego circuitione usus, ad cause statim
 repivisus, ut verba questionis mee habet, statim accessi, & non, an
 si Sacrificium, prolixè, mo' e Hispani logode dali, tractavi: Num ideo
 prehendendus? Num ideo disputatio mea fluctuat? Cum & ipsemet
 post referat (hæc enim illius sunt verba) Patres concilij Tridentini præ
 am solum Questionem: Num videlicet in Missa legitur sacrificium
 adfirmando explicasse. Deinceps autem reliquam doctrinam profusa
 Nempe, verè propiciatorium esse, ac defunctis prodesse, non tam confusa
 do singulas, quàm definiendo, ut decet iudices (scilicet.)

Frustræ ergo inflatus sensu mentis sue, prolixè hæc inculcat
 Hispanus, perinde ac si uniuersus hoc ignorasset o' bis Christianus
 nouus & magnus surrexit Doctor & Propheta, Hispanus, in Germa
 que non omnes, nominè eximia admirantes eruditionis, tanquam semidem
 gito monstrarent, & dicerent: Ecce, hic est.

Deinde distinguit inter sacrificium verum & legitimum. Vera
 fuisse illa etiam, quæ gentes demonijs immolauerunt, licet non legitima
 impia, quatenus demonijs deferebantur. Etsi autem iniuriæ a perfec
 mnia, animus non sit, nec de verbis ferere *λογωμαχία*: tamen hoc
 mulandum non est, & si non ignorem alios liberaliores esse in hoc argu
 genere, verum si propriè loqui velimus, quod in Ecclesia faciendus
 est, veri sacrificij nomen non competere quibusuis, quæ hoc nomen
 & commendantur nomine. Hoc quidem concedimus, Ethnicorum sacr
 quedam, quæ à Patriarchis & populo Dei habuerunt, vera fuisse sacr
 Alia verò quæ ipsimet confinxerunt, vel à Diabolis sunt tradita,
 ficia vera fuisse pernegamus. Sed tamen Sacrificij nomen, general
 sumptio vocabulo, ex Etymo, pro cultu, aut sacro etiam impio, ut
 ant, non impedimus. Sicut iam Missam quoq; Pontificiam in hac ead
 nificatione, quemadmodum Ethnicorum impia & execrata sacra, Sacr
 fic dici posse, non negamus, Verum autem esse sacrificium non concedimus
 Sicut paulò post ex definitione ostendemus.

CONTRA CAP. II. QVO CON
 TENDIT, VERI NOMINIS SACRIFICIUM
 à Catholicis Sacerdotibus in Missa offerri.

Vol. 8.

Hic luculentam inuidiæ mibi faci inuiriã Hispanus, quod passim

de Missa Pontificia.

hos totam Missæ actionem, sacrificium esse verum asserere, scribam. Idq; probare ut videatur, ne dolus & impostura à suis, qui nostra legere non permittuntur, subesse intelligatur: in margine conclusionem 1. meam de Missa Disputationis, cum additione: & aliàs, annotavit. In prima certè horum nihil habetur. Atq; ut vanitatem hominis rubore carentis, & iam dudum perfrectissime frontis, & mentiendi libidinem, omnibus ob oculos ponam: placuit verba ex illa repetere, que respondent Questioni propositæ, que ita habet, ut in præcedentis quoq; capituli initio posui: An Missa Pontificia, in qua offerre se iactam sacrificuli corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi. sub speciebus panis & vini: sit verè propiciatorium sacrificium pro peccatis viuorum & mortuorum, alijsq; necessitatibus. Hic, ne ego, de tota Missæ actione quæro & propono, Hispane, bone vir? Ad que immediatè subijcitur Propositio illa prima, cuius hæc sunt verba: Pontificij affirmat. Sic enim uerba Concilij habent: docet sancta synodus, sacrificiū istud (Missæ) verè propiciatoriū esse, huius quippe oblatione placatus dominus &c. Et recitantur Canones eiusdem ad verbum. Nec quicquam in tota illa Propositione, meorum habetur verborum, nisi illa duo prima ad questionem. Reliqua omnia sunt concilij decreta.

Sed & hoc, ad fucum faciendum incauto lectori, additum est: Et aliàs. Et ubi quæso, aliàs, quod allinisti, hoc dixi, aut scripsi in tota illa Disputatione? Vbi, inquam, hominum impudentissime, totam Missæ vestræ theatricæ actionem, sacrificium illud dico esse, quod vos tantopere predicatis, verè propiciatorium? &c. An non in questione disertè dixi, de oblatione corporis & sanguinis Christi in Missa? Nullo autem verbo, imò syllaba nulla, ac ne tota quidem, totius Missæ actionis istius theatricæ, aut cantionum, vel lectionum, que addi solent, mentionem feci. Et tamen que hominis istius est futilitas, hæc effutire minime erubescit. Hinc ergo, tanquam ex lingue leonem, qua fide mea citet, facile quiuis cognoscet, cum in ipso statim libere tam turpiter impingat. Quod si tamen maximè dixissem: quid à me peccatum esset magnopere? cum & Gabriel Bihel hoc ipsum doceat, in expositi, Canonis Missæ.

Missam mul. i. sollicitè dici, & pro toto, & pro solo Canone. Ion, quòd aliquam Missæ partem, veri nominis sacrificium esse, docere vult, & duobus modis accipi vocabulum sacrificij dicit, communius, pro sacro factio, ut idem sit quod opus, quouis modo ad diuinam gloriam relatum,

Refutatio Tractatus

Fol. 29. 20.

Et minus communiter, ut sacrificium sit externum factum, quo rei aliqua a sacerdote, hoc ipso offertur Deo, quo ad eius maiestatem recognoscendo certo ritu ac ceremonia conficitur seu immutatur. In initio vera et propria sacrificij definitio est constituenda, quae haec est: Sacrificiū est sacra vel opus aliquod nostrum, diuinitus ad hoc Principaliter institutum, quo Deo aliquid tribuamus vel reddamus, quod ei proprie competit, quo nemur, nos ipsum solum Deum verum agnoscere, eumque honore affirmamus. Hanc definitionem Hispanus negare, sine manifesta et summa impetate, non potest. Quod si iam eam ad Cœnam Dominicam accommodare certè, nequaquam ei conueniet. Quia non est ad hoc instituta ut nobis Deo offeramus, sed ut ipsi ab eo accipiamus, et comedamus, ad principalem finem, ut pignus sit amoris eius erga nos, quo ita nos ad ut corpus suum pro nobis in mortem tradiderit, utque fides nostra in ipsum eiusque gratiam erga nos, confirmetur. Ideoque nec Missa conueniet sacrificij, in qua præcipue Cœnæ domini sit prophanatio, quod celebratur in diuersa ratione et sine, ne dicam contraria, quam à Christo est instituta. Ad quid verò? Num ut ea Deo patri offeramus? Nihil minus: sed ut comedamus et bibamus. Sicut disertè verba sonant: Accipite, edite, est corpus meum &c. Quare peruersio hæc est plusquam Diabolica. Antichristis Romanis Pontif. facta, quod Cœnam Dominicam horribiliter et detestanda audacia, in actionem planè contrariam mutauerint, sacrificia ex ea facientes, quod Deo offerant, ad expianda peccata viuorum et mortuorum.

Quare quæ hæc loco aduersarij de sacrificij significatione nugatur, sunt generalia, et nullo modo concedenda: quod infinita ingenij hominum concedatur hoc modo licentia in sacris ludendi, excogitandi, et statuerendi arbitrio quiduis, quod ipsis videbitur, bono affectu Deum colendi, mortem gloriam Dei se referre profiteantur.

Quid hic Religio Christiana differet ab Ethnica? profusus nihil. Quod pro dolor factum videmus sub regno Antichristi Romani, ubi chaos est sentina omnis Idololatriæ, ex his prauis et peruersis principijs orta.

Porrò alibi copiosè, et ad nauseam usque, hoc legimus et impudenter prophanam hanc, cuius, sacra, et sacrificia excogitandi libidinem, et

de Missa Pontificia.

Dei refutauimus, Deo id ipsum prohibente, & precipiente, ut ipsum iuxta
ta verbi ipsius prescriptum tantum colamus, nec quicquam addamus. Dam-
pans omnes humani cordis adiuuentiones, & cultus Ultroneos.

Dent. 4. 12.
Psal. 80. 98.
Col. 2.

Quare nequaquam sacra Deo grata, & Sacrificia sunt suauissimi o-
doris, sed plusquam Ethnica, prophana, impia, sacrilega, & execrata, te-
rriini odoris sunt hæc Sacrificia, à quocunq; etiam offerantur sacer dote.
adeoq; Deo ipsi rerum omnium Domino, ad ipsius Maiestatem recog. oscen-
dam. Sicut non gentiles modò, sed etiam populus Dei offerebant, sua qui-
de opinione, Deo vero Israel Iehouæ, filios suos & filias, ut deo gratissimè
præstarent obsequiū, ipsi recognoscerent Domini, & eiusmodi maclatis &
oblatis humanis hostijs sibi cum placarent, propitiumq; redderent, sed quid
Dominus ad hæc? Immolauerunt filios suos & filias sculptilibus terræ Ca-
naan. Imò demonijs & non Deo.

Psal. 106.

Non ignoro, quomodo hæc Hispanus alibi eludere conetur. Sed rea-
fuita sunt eius glossemata ista. Ideo definitiuncule, Sacrificij communis,
& minus communis, nullo modo vera sunt: vera esse, & Deo grata, si
tantum quouis modo ad Dei gloriam referantur. Ex quibus tamen tanquam
veris, (cum tamen sint falsa) Principijs Missæ suæ Sacrificium, quod ve-
rum sit, extruere conatur. Hoc autem fundamento ipsius euerso, totum
edificium, quod superstruit corrucit. Fraudulenter autem proponuntur
ab aduersario, & deinde sceleratè ad Cœnam Domini accommodantur,
absq; Christi institutione, imò contra eam, qui nihil minus, quam Sacrifici-
um, hoc est oblationem rerum externarū Deo faciendam instituit: sed Sacra-
mentum, seruendum à Christianis, pro quo postea ipsi agerent gratias, insti-
tuit. Sed hic astutè cuniculos agit clam, ad oppugnandam sinceram Re-
ligionis doctrinam, de Sacramentis & Sacrificijs, & discrimen verum, &
obseruatu maximè necessarium inter illa: quod non confundit solum, sed
fraudulenter agens, prorsus retinet doctrinam de Sacramentis, & tantum
de Sacrificijs agit, quo nomine Cœnæ Dominicæ veniat & quoq; fractio
panis, cuius hic facit mentionem, quod iam patebit. Statim enim distincto
hoc modo vocabulo Sacrificijs, exempla subiicit, quibus distinctionem istam
declarare instituit, dicens: Ut, cum animal maclatur, aut comburitur,
vel cum panis frangitur, & comeditur, sicut post Theophylactum B. Tho-
mas annotauit. Quibus verbis & exemplis, ut dicere ceppi, oculie, non
absq;

B absq;

absq; magno & pernicioso errore, omnia inuoluit nomine Sacrificii confundit Sacrificia & Sacramenta: quæ eisi utraq; sacra sunt actiones: ingens, tamen inter illa est discrimen, & tantum, quantum inter dare & accipere. In Sacramentis enim proprie & principaliter Deus nobiscum agit, nobis aliquid exhibens & donans, ut in Baptismo cepit nos in gratiam, & fœdus nobiscum inuit, abluit à peccatis, adoptat filios, donat vitam æternam baptisatis, de quo nemo dubitat Christi. Sic in Cœna Domini exhibentur & donantur sumentibus corpus sanguis Christi, ut de gratia Dei ega se, & meritis ac beneficijs Christi morte eius partis, singuli de peccatorum suorum remissione certio: eius fide, & conscientia reddantur.

Harum tantarum rerum Sacramenta, sunt Baptismus, & Cœna Domini, quæ ideo dicuntur Mysteria. Et hoc proprie in Sacramentis dicitur, scilicet, principalis illorum finis. Esi autem cum sequatur in summis gratiarum actio. Unde & ab hoc effectu consequente ipsa Cœna Domini, Eucharistia est dicta, & hoc modo Sacrificium Eucharisticum dicitur: tamen minus propria est hæc locutio, nec hic principalis est Sacramentorum finis, propter quem diuinitus sunt instituta. Ideo Cœna Domini Sacramentum est & dicitur etiam, & minime Sacrificium, proloquendo, sicut omnino in Disputationibus doctorum Virorum non proprie, sed propriissime est loquendum, parit enim vocabulo in ambiguitas, quod non vident omnes docti, & ex hac Disputatione luculentè apparet, ingentem confusionem, & intolerabiles ac tetros errores. Quod videlicet Pontificij confundunt actiones diuersissimas, Sacramenta & Sacrificia, & ommissa mentione Sacramentorum, eorumque sine principio tantum de Sacrificijs agunt, hocque nomine Sacramentum appellant, ab effectu consequente minus principali. In quo perfidè & sceleratè agunt contra patrum. Sicut hoc loco Hispanus panis fractionem Sacrificium dicit. Cum igitur in Missa principale sit, eiusque substantia, quod in ea tractatur Cœna Domini, hoc est corpus & sanguis Christi, pane & calice conceptis, & sic sacramentum, licet prophanatum: nequaquam in actionem planè diuersam est transmütandum. Ideo minime Sacrificium, multo minus propiciatorium, ex illa sacra Cœna Domini actione faciendum est. Et sic, nec veri nominis Sacrificium Cœna Domini est, proprie loquendo multo verò minus, Missa illa Pontificia abominanda.

Quod vero panis fractionem & comestionem, sacrificium esse ait: post Theophylactum S. Thomam annotasse. expectabam ego Scripturæ sacræ testimonio, quibus hoc ipsum confirmaret, cum in Epistola dedicata hoc in hac magno hiato, & plenis buccis promiserit, se fundamenta sua, & se tentas, in primis Scripturæ S. S. testimonijs probaturum. Verum citò promissorum oblitus, cum illis destituatur, hisce testibus se satis facturum nobis speravit. Cum igitur hic totius causæ fundamentum taceret, res ipsa postulabat, ut tanti edificij, quod superstruaturus est, fundamentum optimè muniret, & super firmam petram collocaret, que sustinenda & ferenda tante mole sufficeret. Hoc verò adeò est infirmum, ut cloaca (sit honor auctibus) magis, (quam tamen ipsam vix portare posset) quàm huic totius Patris arci, Missæ scilicet Pontificiæ, sit conveniens. Neesse enim est res tantas, in quibus totius Ecclesiæ salus versatur, non humanis, sed diuinis attestationibus probari. Si ergo vires Hispanæ, testes alios ostendas oportet. Hieron. ad Tit. Sine auctoritate enim Scripturæ S. garrulitas, inquit Hieronymus, non habet fidem. Et Chrysost. si quid dicitur absq; Scriptura, auditorum cogitatio claudicat.

Quid enim ad nos Thomas Aquinas? Qui aliàs multa habet impia, absu-da, verborq; Dei planè contraria: ut, quod asserit, & Scriptum reliquit: omnem actum Charitatis absolute mereri vitam eternam. Qualis Thomas Aquinas de Sacra- & hæc eius impia est de Missa sententia: Secunda, inquiens, causa inventionis, est sacrificium altaris, contra quandam cotidianam delictorum mentio altaris nostrorum rapinam, ut sicut corpus Domini semel oblatum est in cruce cap. 1. pro debito Originali, sic offeratur iugiter pro nostris cotidianis delictis in altari. Et habeat in hoc Ecclesiæ munus, ad placandum sibi Deum, super omnia legis sacrificia preciosum & acceptum.

Viraq; sententia manifestè impia est, sed posterior bisariam in Christi sanguinem & meritum blasphema, quòd neget, Christum etiam sua passione in cruce pro actualibus satisfecisse peccatis, cum redemerit nos ab omnibus peccatis, eiusq; sanguis nos emundet ab omnibus peccatis. Et, quòd Missa, sacrificium sit propiciatorium pro peccatis actualibus quotidianis. De Patribus antea dictū est, sex ipsorum et Scriptis, quantum illis sit asserendū. Quin potius ad legē & ad testimoniū eius. Quòd si non dixerint, huc te reuocamus Hispanæ. Verbum hoc, non erit eis matutina lux. Huc te reuocamus Hispanæ.

B ij Verūn

Verum garrit tantum, et sic in hac sua versatur materia de Sacrificio
omnia, quaecumque; nugatur, mera caelestia & Prophetica essent
cum de caelestibus è Scriptura S. petitis, altum sit silentium, & magis
tus, quam piscis.

Nequaquam etiam Deo gratum est Sacrificium, quouis modo
asserit) opus ad diuinam gloriam relatum, & diuinae Maiestati conser-
tum. Minime enim Deus modis, ab hominibus excogitatis, coli
grata sibi esse ea sacra significat, sed tanquam illegitima prohibet, &
pudat, dicens: Quis hæc de manibus vestris requirit? Item, Non quod
videtur, inquit, facies Domino Deo tuo: sed quod ego tibi præcipio
tantum facias. Non addas quicquam. Item Christus ex Esaiâ frustra
me, docentes doctrinas hominum.

Dent. 4. 12.

Matth. 15.

*August. de Ci-
uit. Dei lib. 10.
cap. 5. 6.*

Fol. 23.

Sacrificia autem esse duplicia, interna, inuisibilia, spiritalia
externa, visibilia, non negamus. Et quod ad Augustini loca: Visibilis
uisibilis Sacrificij Sacramentum, id est, sacrum signum est. Et: Verum Sa-
crificium est omne opus, quod agitur, ut sancta societate inhereamus Deo,
tum tamen ad illum finem bonum, quo beati esse possumus. Unde in
neg; S. Hierij differentiam hanc Sacrificiorum inscribere illaratione pos-
Cum enim in sacra Eucharistia celebratione, si ex Christi voluntate
tuatur, Sacrificium iuxta communem hanc rationem, quam postremo
finit Augustinus, contineri fatentur: Sacrificium autem alterius generis
peculiaris, quale nos etiam à sacerdote offerendum affirmamus, adhibe-
dum esse negant, coguntur necessario præter illam Sacrificij rationem, quam
admittunt, aliam etiam cognoscere, quam usurpare in Cœna sua: non
Respondeo: Augustinus generaliter vocabulo Sacrificij vitur, sicut
ipsum habent, pro omni opere bono, diuinitus præcepto, (de his enim
& nequaquam alijs, ibidem agit) ad gloriam Dei relato. Hoc
Cœna Domini minus proprie, quod antea dictum est, ab effectu consequens
gratiarum nempe actione, propter beneficia à Deo in nos collata. Eucha-
stia dicitur & hac ratione laudis Sacrificium dici posse, non negamus: Sed
nus principaliter nec proprie. Quia Sacramentum est, & principale est,
quod Deus nobis vescendum corpus Christi, & bibendum eius sanguinem
in Cœna exhibet: & non ut Sacrificium: sit, sicut nec ad hoc principale
est institutum, sed effectus est, ut diximus consequens, & subordina-

Non ergo substantia ipsa Coenae Domini, ut sit sacrificium, quod à sacer-
dote peculiari ritu offeratur Deo (quod contendit Hispanus, sed merum
commentum est & figmentum Papisticum) verum Sacramentum à Christo
institutum est: quae duae actiones sacrae, longissime differunt, ut antea
est demonstratum.

Callide igitur, fraudulenter, & Sophisticè agit Hispanus, quod ex
vocalorum nuda expositione, videlicet Sacrificij communiter, generali-
ter, & minus propriè, sumpto vocabulo (quae supra, refutauimus solida Sac-
rificij definitione opposita) infert. Ergo Coena Domini: verura est, & sic
propriè dictum, Sacrificium. Christus enim, Dominus noster, in sua Coena
minimè Sacrificium, sed Sacramentum instituit. Nequaquam enim dicit:
Accipite & offerite Deo, nulla prorsus oblationis, Deo faciendae, sit mentio,
sed inquit tantum: comedite, Bibite ex hoc omnes, & biberunt. Non di-
ci, obulerunt. Nihil horum, quod ad panem & Vinam, corpus & sangui-
nem Christi, ex Coenae institutione Deo offerendum: sed nos ab ipsius cle-
mentia sumimus. Nec etiam peculiare hominum genus, quod ad hoc tan-
tum consecratur, ut Deo offerat corpus & sanguinem suum, in Coenae ce-
lebratione, sed praecones Euangelij, qui baptisarent & coenam Ecclesiae
membris administrarent, Matth. & Marc. vltimis capitibus: Itē in orbem
vniuersum, predicate Euangelium omni creaturae, baptisantes eos &c.
vocaui & ordinavi Saluator. Nam quod id ex Epistola ad Hebraeos pro-
bare etiam instituit, & id non obscure ab Apostolo indicatum esse, dicente:
Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, in ijs
quae sunt ad Deum, ut offerat Sacrificia, & dona pro peccatis. Quantire-
dimeret Hispanus, ut hunc locum de Noui testamenti ministris dictum esse,
probare posset. Et insigniter impudentem esse Rabulam necesse est, qui
non vereatur in conspectum Ecclesiae prodire, & ita, non tam pueriliter
ineptire, quam sceleratè, velle peruertire & corrumpere Scripturam man-
ifestam. Cum eo loci tantum Antithesin Apostolus instituat Pontificum Le-
uiticorum in Israelitarum politia, & Christi veri vnicui summi Pontificis,
qui per illos est adumbratus. Quae nequaquam ad Missaticos Sacrificulos, à
Diabolo creatos, & externum aliquod in Missa Pontificia Sacrificium, ac-
commodari possunt. Facessant ergo nugas, somnia, & figmenta Hispanica
quibus & D. D. Chemnitio, & mihi, molestiam creare cupit: quod Sacri-

Hebr. 5.
Fol. 240.

ficij illius peculiaris & externi, quo res aliqua à sacerdote Deo offerri
 in Missa, nullam faciamus mentionem, & tantum meminerimus generatim
 quod ad omnia virtutum officia accommodatur: subinde Sacrificij
 vel lupi agnum, agnum, ingeminando. Qui enim nos illud ad Cœnam
 Domini accommodaremus, cum Christus in suæ Cœnæ institutione non
 ceperit, & nephas sit, tanta tam sancta eius mysteria, in aliud, quam
 sunt instituta diuinitus, mutare. Sacramentum cœnæ Dominus in
 nequaquam Sacrificium, quæ sunt diuersissime actiones. Ideo Cœna
 Domini non Sacrificium, sed Sacramentum appellamus, ut proprie
 institutionem retineamus, & cum Christo loquamur & maneamus.
 nobis, ut sciat Hispanus, tantum de vocabulo Sacrificij, & utrum
 sit in Missa, ut negatur, sed de re quoque ipsa, controuersia est, & quæ
 maxime theatricum illud Missæ Pontificiæ Sacrificium impugnamus, pro
 per dictas rationes. Quia verò Hispano latissime vocabulum Sacrificij
 patet, ad eodè ut verum esse Sacrificium dicat, id quod Iudæi sacrificia
 runt sculptilibus terræ Canaan: quod gentes sacrificauerunt deo.
 Funesta itaque illa & execrata atque sacrilega sacra, cum Sacrificia
 fuisse contendat: Age hac sanè ratione, & non alia, illi etiam Malachiam
 bominandum esse Sacrificium concedimus. Sicut Titulus mea habet Dis
 tationis, & supra in hanc sententiam à me est dictum & concessum.

Rel. 27.

Quare quod etiam ex mea Disputatione, impiam suam opi
 nem, Missam Sacrificium esse veri nominis, & ceremoniam hoc
 diuinitus externam institutam, (quod supra ita definiuit, nec tam
 hæcenus Scripturæ S. probauit testimonio) confirmare conatur: im
 facit & sceleratè: propositionem in margine citans 77. In qua
 verbum nullum habetur, sed explico in ea, quod videre est, Malachiam
 cum, vocabulo oblationis mundæ cultum Noui testamenti describit
 illic habentur, & non alia aut plura. Quis verò sit cultus ille Noui
 stamenti, in sequenti proposit. explano his verbis: Quæ verò est oblatio
 ista munda, de qua Dominus vaticinatur? Nun quid Missæ Sacrificij
 Ita quidem Missifices: sed non est opus diuinatione, aut coniectura. Do
 minus enim ipse repetit: Quod videlicet nomen suum magnum sit in ge
 tibus, hoc est, publicè passim gloria nominis mei diuulgatione Evangelij
 deli Apostolorum opera, eorumque successorum, facta, celebratur & pra
 eatur, in toto terrarum orbe. Quæ diuulgatio: celebratio, & prædica
 nominis mei, & inde secuta agnitio Dei, fides, inuocatio, & gratia

Disputat. de abo
 minando Missæ
 Sacrificio.
 Proposit. 77.
 Malach. 1.

officiū que sit per gentes credentes, OBLATIO EST ILLA MVN-
 DA, & incensum Deo gratissimum. Hactenus illic. Quid, Hispani, hic
 ne Herbrandus significat, peculiare Missæ Sacrificium, proprie Sacrifi-
 cium nominari? Satin sanus est cum planè contrarium à me dicatur, &
 diserte negetur ibi, Missam Sacrificium (quod isti ita vocant) oblationem
 esse mundanā. Video itaq; ego neq; ego solus, sed vident omnes mecum, com-
 pedibus Hispano, tanquā mente moto, opus esse. Non hæc tantum Sophistica
 sunt, sed prauitatis, et peruersitatis que in bonū virū non cadunt. Hæc nisi ex
 tarent publicè, nemo creditur us erat, Hispanū impostorē esse & sceleratū ho-
 minē, ad mentendum & ad omnia rectè dicta deprauandū, Deo irato, natū.

Multis deinceps, Sacrificiū quid sit, describit, & cum ex vsu loquentiū,
 tum etiam D. Thoma & Augustino probat, peculiare & externum esse id
 quod ab hominibus appellatur Sacrificium, & huiusmodi Deo grata, modò
 ritè atq; ex diuina voluntate fiant. Hinc per Metaphoram ad quæuis virtu-
 tū officia transferri, Eleem. ofynas & c. Quæ sanè nō impugnamus: Sed hæc,
 Missæ Pontificiæ, conuenire pernegamus, quod nec ritè fiat, nec à Deo sit in-
 stituta, ideoq; etiam non ex diuina feri voluntate, donec probetur, quod ad
 Calendas Græcas fiet: Nam quod euidenter ex factō ipso suorum sacerdotum
 id confirmari posse dicie: Tum enim Sacrificiū hoc proprie dictum maxime
 fieri, cum à delicto ministro, res aliqua externa diuinæ maiestati offertur, ut
 aliqua etiam ratione in Dei honorem conficiatur, adeoq; sacrificetur: Hoc
 autem in Missa prorsus fieri. Verū igitur in Missa Sacrificium exhiberi.

Respondeo, Maiorem propositionem falsissimam esse, suprā demonstra-
 uimus copiose, si missinæq; Scripturæ S. S. testimonijs, & rationibus do-
 cuimus. Nec habet Sacrificulus iste potestatem hanc mutandi quicquam, vel
 conficiendi, quā etiam si à suffraganeo suo in ordinatione sibi datam imagi-
 natur: Tamen à Deo eam non accepit: cum Christus non Sacrifices tales in-
 staurerit, qui huiusmodi gestulationibus, ex pane corpus suū con-
 ferrent, Christus Sacrifices, & deinde pro peccatis viuorū & mortuorū illa Sacri-
 ficiū verè propiciatorium sibi offerrent. Nihil horum. Ideo Missæ Sacri-
 ficiū tantum abest, ut Deo sit gratum: quin sacrilega sit Cœne Dominicæ
 prophanatio, qua summa afficitur contumelia filii Dei, denoq; crucifi-
 gitur, in Missa execranda, quantum quidem in istis. Nequaquā enim sufficit
 ad hoc, ut Deo aliquid consecremus, eiq; gratū prestemus officium, ut vsu
 rei aliquid, quātū à nobis est, gloriam ipsi id est, existimationē suā maiestate
 dignetur.

Fol. 27. 28.

Fol. 29. 30.

dignam conciliare, instituanus, aut ut rei usus, officium aliquod
 berata voluntate, eod referamus, ut seruitutem nostram Deo, tanquam
 tori ac summo Domino immensam eius dignitatem protestemur: sic
 spanus suauiter inter suos nugatur magnifice, magnaq; verborum
 sed absq; villo Scripturæ S. testimonio: cum tamen hic cardo totius
 controuersie, de rebus tantis pronuncians, non secus ac si in tripodis
 pollinis sedens, mera promeret oracula, ideoq; credendum, quæ
 ceret: quemadmodum olim Pythagoræ discipuli, suo Magistro, dicentes, æ
 q; ipse dixit. Verum non cælestia hæc sunt, sed infernalìa oracula
 antro quodam Trophonio, & Hispanico Esautico, prolata. Contra
 nos sacre docent literæ. Non Deo gratum præstari obsequium, nec
 crari ipsi, etiamsi deliberata voluntate aliquid ad gloriam Dei referam
 ad conciliandam ipsi existimationem, sua Maiestate dignam, nisi hoc
 gitimè, hoc est, iuxta præscriptum legis & verbi ipsius. An non em
 cunt apud Prophetam Israelite, quemadmodum & omnium temporum
 locorum hypocrite: Quid dignum offeram Domino Deo meo? Caro
 genu Deo excelsos? &c. Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere
 fructum ventris mei, pro peccato anime mee? Sed his à Deo repulsi
 sacris, partim non à Deo mandatis, partim alio fine factis, responde
 minus: Indicabo tibi ò homo, quid sit bonum & quid Dominus à te
 quirat: utiq; facere iudicium & diligere misericordiam, & sollicitari
 bulare cum Deo tuo. Hoc est, illi sunt cultus Deo grati, hæc oblationes
 sacra Domino offerenda, quæ Deus verbo suo præcepit tibi, his
 afficitur: non illis, humana industria excogitatis. His enim se nolle
 honore affici Sacrificijs, diserte testatur Saluator noster dulcissimus,
 repetitis verbis: Frustra, inquit, colunt me docentes doctrinas, quæ
 mandata hominum. Hæ ergo sunt oblationes, hæc Sacrificia Missæ
 tificiæ, quæ Sacrificuli, ad hoc consecrati & delecti, offerunt vsq;
 itaq; Hispanus in nos (quos suo more sectarios vocat) inuehitur, quod
 alium cogitemus modum, quo aliquid exhibeatur Deo, præter eum quo
 re non possumus, quomodo in Cæna Domini, quam ipsi in Missam diuer
 mutauerunt actionis, corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi offer
 tur, Sacrificium verè propiciatorium, quia hoc verbo & institutione

Mich. 6.

Isa. 29.

Matth. 23.

Fol. 34.

reprobat tamen Dei beneficio multò melius & rectius, quid & quodnam
 verum sit Sacrificium, & quomodo Deo offerendum, ipso Hispano Idolo-
 tra intelligimus, nec opus est nobis præceptore hoc imperitissimo &
 excelsissimo Phariseo, à quo hoc discamus. Et sufficit nobis hac in parte
 propria aduersarij confessio, dicentis: Sacrificulos interrogatos, respon-
 suros hoc se prorsus velle & agere, quod instituit Catholica Ecclesia, hoc
 est, Pontificia. Fol. 36^{ce}

Desitit ergo se, in hac Oblatione, verbi Dei & Scripturæ Sacræ te-
 stimonios rectè & ingenuè confitetur. Horum enim nihil Christus fecit
 aut instituit. Multò verò minus Sacrificulorum, qui nec natæ, nec li-
 teras didicerunt, ad quos nos remittit, curamus sermones, quos de suo Mis-
 sacio effutunt Sacrificio. Nam hic non de factò, ut nugatur Hispanus,
 sed de facti qualitate Disputatio est, rectè sic faciant. Scimus quid dicant,
 quidq; facere intendant proprio ausu, quod tamen non sit. Perinde ac Vene-
 fica, à Satana dementata & misera Vetula, tempestates sciere, grandines pro-
 creare, & alia multa miranda se facere profitentur: quæ tamen eas nec fa-
 cere, sed nec etiam facere posse, certissimum est. Quod igitur hic de con-
 secratione, qua Sacrificium illud conficiatur, nugatur, infra fortè occasio se
 offeret, de ea differendi. Fol. 37^{ce}

Iam, quia se ad argumenta, quibus nos (quos Hæreticos vocat, ipse
 homo in doctrina cælesti impurissimus, innumerisq; Hæresibus immersus)
 propriè contendamus, omninò in Missa Sacrificium nullum offerri, accef-
 surum, &q; propositurum profitetur: videamus quæ id faciat fide.

Initò autem hæc ex Heerbrandi Tubingensis se colligere Disputatione
 ait. Primam Catholici sacerdotes (honoris gratia sacrificulos Missaticos ita
 appellat) res speciebus panis & vini contentas, soli absument: Ergo nihil
 tarum offerunt Deo. Fol. 38^{ce}

Et quæ hæc tanta calumniandi libido Esauitam inuasit prophanissi-
 mo! Credo ego, & video Hispanum hoc sibi proposuisse, omnia mea pe-
 culentissimè, Diabolica planè malitia velle pervertere, corrumpere, de-
 preuare. Hoccine meum est argumentum Hispanicæ, aut Pæne potius?
 Quod si non extaret mea Disputatio, aut ego non amplius superessem, mi-
 rum non adeò videri poterat, ita petulanter mea deprauare. Sed videt
 ipse & agnoscat, iniuriam se sibi facere. Idcoq; addit: Huiusmodi enim
 collectio=

Gen. 14

collectionem indicare voluisse a bitror Heerbrandum. Quid arbitri
ne, Hispani? Atqui manifesta est verborum meorum sententia. In dis-
tione opus sit minime. Agitur enim in ista propositione de Melchisedech
Vnde isti Missæ suæ probare conantur Sacrificium. Hinc vero ego pro
id posse nego, multis de causis, de quibus in precedentibus propositionibus
à 58. per tria integra folia, usque ad hanc, in qua hoc solum ago. Ut mor-
ta diæ sitate, doceam, hunc locum non facere ad probandum Missæ Sacri-
Quia & inter reliqua Melchisedech describuerit panem & Vinum ex
Abrahe, sicut & Christus discipulis suis in Cœnæ, quod & ipsos idem
facere præcepit. Hic vero Sophista me hoc loco contendere nugatur, &
nò in Missa Sacrificium nullum offerri. Tam scilicet dextrè nostra propo-
Addit deinde Magistrum omnino suum legisse videtur in eo loco,

Fol. 38.

hoc argumentum tractat, Natura Sacrificij est præsertim perfectissimæ
Holocausti vocatur, totum Deo offerri, nihil ex eo hominibus relinquitur.
Lutherus de ab- Non me pudet, ut scias Hispane, huius Magistri, nec ita nobis præ-
roganda Missa Antichristi seruulis, cuius regnum destruxit, sordet Lutheri nomina.
priuata. autem non sumus in illius verba iurati sed, quod supra de Patribus
dictum est, tantum merentur illius Scripta fidei & authoritatis, quæ
Scripturæ & testimonij sua probat: & ita tamen mentis eius recedat
memoriam, agnoscimusque eum diuinitus excitatum, & Deo, patri &
toris nostri Iesu Christi toto corde agimus gratias, pro salutari hoc doctore
qui immensa eius bonitate religionis doctrinam ab innumeris sordibus
sacribus Papiæ repurgauit.

Lutherus de ab-
roganda Missa
priuata.

Peropportune autem accidit, ut huius faceret librum Hispanus me-
nem, quem sanè aliàs tam non inspexissem: sicut nec tum quidem, cum
sputationem scribebam. Sed dum quero locum hunc, quem Hispanus
tauit, inueni Lutherum firmissimis arguentis, (que hic subdole
hoc unico tantum, quod exagitet, excerpto, Missæ Sacrificium refutandum
ex verbis institutionis Cœnæ Domini,) que fundamentum totius
negocij, utpote quod verba Cœnæ sint promissionis diuinæ, sicutem rep-
rentia, quibus Christus instituat Sacramentum, in quo nobis tradat corpus
suum edendum, & bibendum suum sanguinem: Sacrificium autem op-
postum esse, & ex nostris rebus Deo exhibitum. At promissio, diuina
per-

Verbum est, de Dei rebus exhibitum hominibus, ut planè insania sit, nec
 dum error, ex promissione Dei Sacrificium humanum, ex verbo Maesta-
 tis, opus creaturæ facere. Christus autem mandans hoc à nobis fieri in suam
 memoriam, planè aliud non vult, quàm promissionem ipsam, cum pignore
 suo frequentari, ad alendam & roborandam fidem &c. Vides ergo incre-
 dibilem cecitate & perversitatem Papistarum, qui ex promissione Dei
 faciunt opus hominum. Hoc ipso testes sibi ipsis facti, quàm prorsus nihil in-
 telligent, quid sit Sacramentum altaris, nec quid agat & intendat eiusdem
 institutor Christus. Illi offerunt opus, Hic requirit fidem. Illi Sacrificant
 Deo. Hic promittit hominibus &c. Et paulò post, verba sic sonant: Ac-
 cepit panem, gratias agens, fregit deditq; discipulis suis. Obsecro quid est
 frangere? Quid est dare discipulis? Cur non potius more legis dixit: Et
 accepit panem, & leuavit coram Domino? ut intelligeretur, non homini-
 bus, sed Deo dedisse, id est, sacrifici-ss? Nunquid hic larvæ & lupæ adeò
 nihil habent, v. l. Grammaticæ, v. l. communis sensus, ut audeant dicere,
 dare discipulis? id est, quod offerre Deo? Vbi est ergo Sacrificium? An in
 eo, quod accepit panem? At accipere non est offerre, sed ad se potius ac-
 pere, & in suum ius & vnum sibi vindicare, nisi iterum non sumus
 Grammatici. Cui enim est fracturus & daturus discipulis, necesse erat, ut
 in manus acciperet: neq; enim ore, aut auribus, aut pedibus, frangeret & da-
 ret. At gratias egit, & benedixit? Ergo gratias agere & benedicere est
 sacrificare? Tum & quinq; panes ordeaceos, & duos pisces, dicemus ab eo
 sacrificatos, quando eos multiplicaturus, Ioh. 6. accepit, & gratias egit &
 dedit discipulis, hi autem turbis. Vbi eundem ritum seruanit: nisi quod
 dixit: Hoc est corpus meum, id est, non mutauit panem in corpus suum v. verbo
 Modestatis sue. Quin gratias agere & benedicere, est testari, te accipere
 & accepisse à Deo, Non autem offerre Deo. Oblatus potius orat, ut ac-
 ceptum sit, id quod offert: gratias autem agens non orat, ut accep-
 tum sit, gaudet accepisse. Ut videas, omnes apices pugnare, ne Eucha-
 ristia sit Sacrificium Deo exhibitum, sed beneficium hominibus donatum,
 quod accipiant, & gratias agant, non quod commendent, & acceptari
 erent. Quid enim est frangere, nisi in multa partiri? Quid dare
 discipulis, nisi partitum alijs distribuere? Hi verò qui celebrant, quid faci-
 unt? Simulant hanc fractionem, dum in tres partes hostiam partiu-
 tur, & vnam viuientibus, vnam defunctis, vnam beatis deputant.

Conferunt istos Antichristos cum Christo? Hic frangit, & partem multos, & partem distribuit. Isti contra per omnia, nullis frangunt sibi solis sumunt, nisi quod simulant quandam fractionem. Et ubi verbum Christi, Hoc facite? Cur illi faciunt aliud, & contrariis ubi coeptum est, frangere & distribuere, mutari in id, quod est servare, & sumere: Deinde ministrum, Sacerdotem censeri: Ibi tantum est Sacrificium, ut scilicet haberet, quod ageret ille sacerdos, ne quis stat: t coram altari &c. Et dixit: accipite, scilicet non solum ex & facto ostendit, non Sacrificium Deo exhibitum, sed donum hominum datum, Eucharistiam esse sed & verbo confirmat, iubens, ut accipere. Cur non sic ait: offerretis, vel sacrificate? An Papistas iterum ignota Grammatica impedit, ut nesciant, quid significet, accipere, comedere, bibere? Hoc est uniuersum opus, quod in Eucharistia facere iubentur, enim frangit, dat, iubet accipere, ut comedamus & bibamus, & post memoriam eius predicemus. Sic & Apostolus nullum aliud opus in Eucharistia nisi comedere & bibere. Nihil hic offerre, nihil operari accipere tantum, comedere & bibere mandatur. Neg enim quod comedimus & bibimus, offerre possimus, cum potius auferamus, nobis detraha, intra nos recipiamus. Et non pudet, aduersus tam euidencia & certa, Sacrificium facere, & offerre Deo, quod comedimus & bibimus. Hic ubi Lutherus. Quibus immediate subiecit, quae Hispanis res suscipit: Natura enim Sacrificij est, praesertim perfectissimi, quod est caustum, totum Deo offerri, nihil ex eo hominibus relinqui, item victima, aut pro peccato fuerit, saltem aliquam partem Deo relinquitur. Cur ergo nos panem & vinum totum comedimus & bibimus, relinquentes Deo? Cur non totum ei relinquimus, cum velimus hoc sacrificium esse Sacrificium? Vbi hic subsistet ratio Sacrificij? Neg, & garrere sufficit, Christam offerri a nobis sub pane & vino. Non ipsum sumimus sub pane & vino, ut nihil sumi a nobis debet de sacrificio & holocausto Domini. Pugnans offerri Deo, & sumi a nobis. Sumimus enim olim Leuite a populo Israel oblata eorum, sed nihil eorum sumimus, quae offerenda erant Deo. Sic & dum corpora & laudes sacrificamus nihil nobis, sed omnia soli Deo exhibemus, ut stet ratio Sacrificij esse spiritualis. Prorsus igitur inauditum monstrum est Sacrificium

Papista
strosus
reineg
facimus
argume
sumunt
faciunt
ex Luth
opus est
spemus
in pra
stas vel
quoscu
vran
inquas
si enim
quia a
ferre
imagi
ante di
institua
Christi
stus no
titur ho
Sacrane
nem lo
stantion
Christo
dicitur
si auter
stament
sine gra
Terboq

papisticum, ut & se ipse Papa cum suo corpore toto, non est eque mon-
strofus. To: u nos voramus, & totum Deo offerimus. Hoc est tantum dice-
re, neq; voramus si offerimus, neq; offerimus si voramus. Et ita dū vtrunq;
facimus, neutrum facimus. Quis audivit unquā talia? (Hic Hispanus addit,
argumenta) omnia sibi pugnantissimè contradicunt & inuicem sese con-
sumunt, aut necessariò & infallibiliter concludunt, Eucharistiam Sacri-
ficium esse non posse. Diluant hæc rogo Louanienses & Parrisienses. Hæc
ex Luthero Hispanus. Quibus addit: stolidissimum esse argumentum, nec
opus esse Louanensibus & Parrisiensibus qui id diluant. Adst enim Hi-
spanus vir armatus, & instructus audacia, tantaq; virium confidentia ut
in prælio nulli sit secundus, qui & Lutherum ipsum, & omnes Lutheri-
stas vel Luthericolas (Sic enim nos vocat Papicola) Tubingensem & alios
quoscunq; facile Sophistica sua vincere possit. Ita autem diluit, ut dicat.
Vtrunq; in Eucharistia (Cenæ enim nusquam meministi) fieri. Nam simul,
inquit, possumus sumere Eucharistiam totam, totamq; Deo offerre. Tamet-
si enim sumpta à sacerdote, nihilominus, inquit, tota cedit Deo, & offertur,
quia ad existimationem & gloriam Deo pariendam refertur, quod est of-
ferre Deo.

Vbi videre est, hominem istum nihil aliud videre, sentire, audire,
imaginari, docere, facere, quam Sacrificium & offerre, sicut lupus, quod
ante dictum est agnum & ouem. Nos certè, quod iam Lutherus ex verbis
institutionis docuit, in Cena Domini, accipimus corpus & sanguinem
Christi, non Deo damus: Et accipimus, ut edamus & bibamus, quod Chri-
stus nos facere docet, non ut offeramus, quod somniat, affingit, & men-
titur homo vanissimus, & sacrilegus Hispanus, testamenti Christi violator,
Sacramentum sceleratè conuertens & transmutans in Sacrificium, actio-
nem longè diuersissimam, de qua re ne græ quidem in sacra Cenæ in-
stitutione. Hic vsus est Sacramenti Cenæ Domini, ut accipiamus à
Christo, non ut demus Deo, edamus, Hispane, non offeramus. Quod verò
dicunt vtrunq; simul fieri posse. Tum posset, si Christus ita voluisset, quod
si alium voluisset, vtiq; instituisset. Cum verò in suo non instituerit tes-
tamento, non vult super ordinari, vel addi quicquam ab hominibus, quod
sine græ ad sacrilegium fieri nequit, ut sit in Missa Pontificia abominanda,
Verborq; Dei damnata. Nihil idem simul Sacrificium esse potest & Sa-
cramentum

amentum, quia actiones diuersas habet. Coena Domini à Christo est in
 uita, ut sit Sacramentum (quod dissimulat, inò horret & fugit Hispanus)
 non secus ac Satan, quod dicitur, crucem) quod nos sumamus: Non Sac
 rificium, quod nos Deo offeramus. Hoc est quod cont. dicit Lutherus, & pro
 bat ex verbis institutionis diuinae, quae clara sunt & manifesta omnibus
 nisi caecis, & nodum in scirpo querentibus: nec soluit id Hispanus, tam
 gloriatur hic esse Parisiensis & Louanenses, ubi scilicet ipse est, inò
 etiam quàm Parisiensis, si uellet. Nam quod dicit certas partes in
 sacrificijs pacificis, hoc est gratiarum, actionis olim etiam Sacrificanti
 Sacerdotibus cessasse: Verum est: sed hic primum sciendum est, non
 partes, quae Deo debentur ex istis, illis licuisse, ne sacerdotibus
 manduca e, sed Deo incendebantur, in odorem suauitatis Domino. De
 Sacrificia illa siuere, non Sacramenta proprie dicta, Coena autem Domini
 contrario modo, Sacramentum est, & non Sacrificium, quod non licet
 mihi institueri absq; mandato Dei. Fecisset ergo Hispanus cum suo
 tico Sacrificio, sacrificiucuculus, Testamenti Christi Violator sacrilegus

Fol. 42.

Secundum nostrum argumentum esse ait, quod dicamus: si uis

quod Sacramentum sit, id est sit & uere & proprie Sacrificium. Quod
 in Sacramento à Deo nos accipiamus aliquid in Sacrificijs aliquid
 damus. Sed Eucharistia, adeoq; res in ea contenta est Sacramentum: non
 gūtur Sacrificium. R. Mitto hic nugas Hispani, mitto & conuicia
 Lutheri librum de Missa priuata abroganda, qui in uocat diabolicum
 num calumnijs pestilentissimis: Nec immeritò, quod merces ipsorum pesti
 imò pestilentissimas exponat, prostituat, repudiet, & explodat. Non
 ignorare dicit, quae rationes dati sint & accepti inter Deum & hominem

Fol. 43.

quod uidelicet nihil nisi munere diuino acceptum, nisi reddamus & offerimus,
 Ideo non ualere hoc argumentum. Quod si inquit, quod ille nobis
 dit ad usum, hoc nos ei offerre nequimus, non modò externum Sacrifi
 cium, sed etiam commune Sacrificium, quod diuino obsequio
 tinetur, erit nullum, quia munus diuinum. Itaq; inanes illae Apostolice
 rationes, quae alioquin isti non tam obedient, & audire, quàm predicari
 tempestiue solent: Obsecro uos, ut exhibeatis corpora uestra hostiam
 nam, Deo placentem, Respond. o. Dolet scilicet crudelissimis hypocritis

Fol. 44.

quod uidelicet nihil nisi munere diuino acceptum, nisi reddamus & offerimus,
 Ideo non ualere hoc argumentum. Quod si inquit, quod ille nobis
 dit ad usum, hoc nos ei offerre nequimus, non modò externum Sacrifi
 cium, sed etiam commune Sacrificium, quod diuino obsequio
 tinetur, erit nullum, quia munus diuinum. Itaq; inanes illae Apostolice
 rationes, quae alioquin isti non tam obedient, & audire, quàm predicari
 tempestiue solent: Obsecro uos, ut exhibeatis corpora uestra hostiam
 nam, Deo placentem, Respond. o. Dolet scilicet crudelissimis hypocritis

sanguinem & dolosis, quod non liceat ipsis haurire nostrum sanguinem
 quem sicut audisimè, seq; homicidæ illa satiare nequeunt. Sicut supra De
 egiam gloriari audiuimus. Sed vos vestra Vulcani officina, imò carnificina,
 quorum habere copiam pot. stis, docetis, obedienter non audire modò, s. de
 tian freres, imò pati, ut offerantur Deo hostie viua, quod Deus videb t &
 pndicabit. Sed ad institutù principale. Rationem, inquit, dati & accepti, qua
 inter Deu & homines institui d betalongè rectius quàm Luth. rus, Propheta
 intellexit, contrariòq; pro suo modo conclusit illis Verbis: Tua sunt Domine
 comita, & quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi: Nimirum inquit cum
 rem aut officiu nre ferimus ad infinitam diuine Maiestatis dignitatem tisi=
 ficandam. Vbi in margine addit: Illud ipsum quod vsu pamus, & consumi=
 mus, postea nus simul Deo reddere. Et concludit: Falsum igitur est, quod in ar=
 gumento a sionebatur, non posse Eucharistiam, & Sacramentù Testamento
 Dominico nobis donatum, & Sacrificiù nostrum esse. Potest enim, diuersa
 ratione: Sacrificiù, qua ratione ad gloriam et exultationem illi concilian=
 da n & gratis animis referimus.

Hactenus in suo hoc tractatu, Sacrificij laudis semper ac multoties tantù
 fecit mentione n, sicut & iam hoc quoq; loco. Quòd si hoc tantù vult Hi=
 spanus, Cœnâ Do in, de hac enim agimus iam, imò etiam Missam Pontifi=
 ciã, laudis tantù esse Sacrificium, & nequaquam Sacrificiù verè propicia=
 toriu, facillè transigemus imò iam transactù est, & absq; aduersario cū
 laruis luatur. Nunquam enim negauerunt nostri, Deo pro acceptis in Sa=
 cramento Cœnæ Domini a, agendas esse gratias. Vnde & Eucharistia est
 dicta. Et hoc modo Sacrificiù laudis dici posse quamuis minus principaliter.
 Sed hanc non esse Hispani mentem: facit & Canon Missæ, & Canon concil.
 Trid. Si quis dixerit Missæ Sacrificiù tantù esse laudis, & gratiarum actio=
 nis, aut nudam commemoratione Sacrificij in cruce peracti, Non autem pro=
 piciatorium: Vel soli prodesse sumentibus, neq; pro viuus & defunctis, pro pec=
 catis, poenis, satisfactionibus, alijsq; necessitatibus, offerri debere, Anathema
 sit. Et tamen hactenus studiosè occultauit, quod Missam, ut vult Ca=
 non, verè propiciatorium Sacrificium esse sentiunt. De quo Lutherus
 solim agit, & rectè negauit, Sacramentum Cœnæ Dominicæ simul
 posse esse Sacrificium, in quo nos offeramus corpus & sanguinem
 Christi Deo propiciationem pro peccatis viuorum & defunctorum.

Quid

Fol. 49

Concil. Trid. 1
Sess. 22. can. 21

Quia in Cœna iuxta Christi institutionem, nobis illa à Deo dantur, ut sibi ea offeramus, sed ut nos edamus & bibamus.

Quod verò Hispanus multa de alijs Dei donis nugatur, quod ea ipso accepta, illi offeramus: Ingens est inter hæc diversitas. Nostra quæ omnia, quæcumq; nobis dedit, etiam corpora nostra, gratiæ diuinæ ergo, eis sibi offerenda præcepit. Corpus verò & sanguinem Christi vult accipere, edere & bibere & non sibi offerre, quod nec possumus nec debemus: sed ipse Christus summus Sacerdos, solus ad hoc opus dignus est missus & constitutus propiciator, qui opus redemptionis generis humani unica sua oblatione, semel in cruce peracta perfecit. Quod repeti potest, nec debet. Et horribilis est blasphemia, Sacrificium Christi unicum propiciatorium, hominem peccatorem turpissimum, contuere, quia repetat opus, quod illius solius est proprium, absq; illius verbo.

Fol. 47.

Quod igitur tertium assumit argumentum nostrum, quod ita hoc Sacrificium opus est diuinitus institutum. Oblatio Eucharistiæ, quam dicunt sacrifici, diuinitus instituta non est. Non est igitur verum Sacrificium.

Fol. 48.

Utrancq; præmissam negans, Latius enim patere veri nominis Sacrificium, quam Sacrificium diuinitus institutum, ac legitimum. Hispano vera sint Sacrificia, quæ etiam diuinitus instituta non sunt, bona fiant intentione ad gloriam Dei: In quo numero recenset Sacrificia Ethnicorum, demonijs immolantium, vera esse contendens Sacrificia itaq; modo Missam esse Sacrificium non diuinitus institutum, nec legitimum, sed Ethnicum, haud inuiti dabimus. Et hoc hætenus disputauit & tendit Hispanus, omnibus, quibus potuit viribus, ut tale esse doceret Sacrificium.

Fol. 49.

AD CAPVT TERTIVM, IN QVO
HISPANVS CONTENDIT, IN MISSA, SACRIFICIVM FIERI CORPORIS & SANGVINIS CHRISTI DOMINI.

Male cause, quæ in se ipsa laborat, specioso pharmaco opus esse, cura palliativa, rectè dixerunt veteres sapientes. Sic pestiferam causam esse

missam, quæ laborat valde peste, & alijs morbis. Ideo probaturus, in Missa Sacrificium fieri corporis & sanguinis Christi, longa circuitione & argumentatione dicitur Hispanus. Quæmadmodum catus circuit calidum pulmentum, & ut Satan non recta, verum serpentino & tortuoso gradu circumrotat, ut malè hominibus persuadeat, quod cupit: Idem planè factitat Hispanus miris artibus. Principio, inquit, ita concludo: Catholici Sacerdotes id omnino in Missa sacrificant, quod speciebus panis & vini, per rita consecratione, contentum est, Ecclesiæ Catholicæ ritu tractant & consueverunt, & offerunt, ut demonstravimus capite superiori. Hoc autem est corpus & sanguis Christi Domini, Corpus igitur & sanguinem Christi sacrificant.

Respondeo: Vtraq; præmissarum falsa est. Nam quod se Maiorem propositionem supra demonstrasse ait: id quale sit, ostensum est, videlicet, (ut illic habent verba eius,) quod aliter probari neq; a. beat, neq; possit, nisi communi ipsorum Sacerdotum testimonio: qui, si rogentur, affirmabunt, hoc se prorsus velle & agere, quod instituit Catholica Ecclesia, (quæ est fides carbonaria) Ratio etiam redditur ab Hispano, cur nec possit, nec debeat, aliter probari, nisi sacrificulorum assertione: Quia hæc consecratio & oblatio eiusmodi factum spectet, quod sit in uoluntate offerentis.

Respondeo: Omnia & singula hæc falsa sunt & longa & alia indigent probatione, quia quia destituitur Sacrificulus, ideo rectè facit, quod ingenuè fatetur, nec posse nec debere aliter probari, nisi Sacrificulorum confessione. Sed quis audiuit, Hispano dic quæ so, talia facta, & argumenta? Primum enim quis potestatem hanc illis, Sacramentum Cœnæ Dominicæ sacrificandi & offerendi in Missa, concessit? Deinde, quis fidem illis de proprio habebit factis, cum omnis homo mendax, & multa mira ab istis prærogatoribus sint facta? Et, cur non voce clara, & lingua vulgò nota, hoc peragunt sacrum, quod ad totam pertinet Ecclesiam, quominus de illo factis dubitari possit? Scimus causam quam Gabriel recitat, siue fabulam siue historiam. Ne quis scilicet rusticorum Eleusynia hæc intelligat sacra.

Præterea, non in sola & nuda hoc sacrum consisit offerentis voluntate, sed requiritur multò magis instituentis voluntas, cum Deus se coli nolit, sibi offerri voluntat: sola humana: Verùm nostram suæ vult confor-

D

Ad

Fol. 49

Fol. 35

Ad hæc nullus hic in Sacramentorum institutione & tractatione
 tes habet Ecclesia, sicut Coena Domini Sacramentum est, cuius institutio
 solius excellentiæ est diuinæ, que nãdmodum etiam Thomas rectè scripsit
 Verùm iam istis Ecclesiæ Caolyce sufficit institutio.

Hæc inquam omnia & singula, in vna propositione, quam Hi-
 nus demonstrationem vocare non sine ingenti temeritate audeat, firmè
 probanda erant argumentis. Verùm hic, omnia illa sibi, sicut Matheus
 Retyrata, hoc est, postulata, que probare non volunt, quia aliis ver-
 confessã, ex quibus postea demonstrationes extruunt, sumit. Sed abs-
 span., ut hanc tibi concedamus licentiam. Vsq; enim tibi molesti esse
 genus, donec hæc, que sumis tibi, Scripturæ probes testimonijs. Qu-
 cum facere te non posse profitearis, causa te cadere necesse est. Nostri
 laborantibus partibus, que probationem indigent, non probatis, nihil
 fieri: Et ut omnibus manifestum faciat Hispanus, si in male causa de
 ne laborare, multisq; indigere Pharmacia, quibus illi medeatur: Mone-

fol. 51.

” alio probare conatur syllogismo, qui est: Cum à legitimis Noui Testam-
 ” ministris & sacerdotibus Eucharistiæ Sacramentum, secundum Christi
 ” institutionem, ita conficitur, ut contra præceptum illud institutionis
 ” facite in meam commemorationem, omninò nihil peccetur, Verùm con-
 ” & sanguis Christi sub speciebus panis & vini præsens, continetur.
 ” Missa ita, secundum Christi institutionem, Eucharistiæ Sacramentum
 ” gitimis Noui testamenti ministris, sacerdotibusq; conficitur, ut nihil co-
 ” præceptum illud institutionis ab ipsis peccetur. Ergo in Missa, Sacramen-
 ” corporis & sanguinis Christi fit. Respondeo. Simplex est veritas
 ” nec tot ambagibus est opus: sed si bonam foueres causam Hispanus, quæ
 ” peditus erat dicere: Missa est instituta à Christo, in Nouo testamento
 ” to paschate veteri Iudeorum: Ibi saluator, ut scribunt Euangelistæ
 ” modo eam instituit, nosq; offerre in ea iussit corpus & sanguinem
 ” ut sit sacrificium verè propitiatorium, pro peccatis viuorum & mortuo-
 ” rum. Sic enim Euangelistarum verba disertè sonant, eamq; exprimit
 ” Christus discipulis suis panem, dicens accipite: offerre Deo patri cœlesti.
 ” Quemadmodum nos in Cœnæ Dominicæ celebratione, nihil aliud agimus
 ” vel dicimus: quàm verba institutionis habent à Christo factæ. Tum
 ” me persuaderes Hispanus, & nobis & alijs quibusuis. Sed serpentina

no tuo hoc tuo ingressu, longissimaq; circuitione, totam tuam suspectam
 am facis causam. Ut enim longis errorum ambagibus circumducas, et in-
 volas incautum lectorem, prolixo valde vides Syllogismo. Deinde mino-
 rem illis quoq; Syllogismi probare instituis, primum contra Capharna-
 itas, quos sic vocas, negantes presentiam corporis et sanguinis Christi in
 Coena, et tantum significari ac figuram eius esse panem et vinum docen-
 tes. Quod quia nihil ad nos, ideo libenter praeterimus. Deinde vero, quia
 nos a ganius tantum in Missa ipsorum presentia adesse corpus et sangui-
 ne Christi: ideo hoc ipsam contra nos, quos Confessionis vocat, pro-
 bare instituit, videlicet in Missa, esse omnino nihil contra institutionis de
 Sacramento Coenae praecipuum peccari.

Ideo dum dicit praecipui, quod verbis illis: Hoc facite &c. contine-
 tur, primum intelligendam: quam ad rem et verba, quae in narratione in-
 stitutionis antecedunt, et formam ipsam, conditionemq; istius praecipui,
 qua diligentissime considerare oportet, ut ita certius constituamus, quod
 proprie particula illa: Hoc facite, referenda. Igitur quod attinet ad ante-
 cedentia verba, ex omnibus Scriptoribus Canonice colligit: Vbi decem
 recensit actiones circa panem, et circa calicem, novem, priusquam subijctum
 atur praecipuum illud: Hoc facite.

Verum priusquam alia audiamus, quia nimis multa dicit, par est nos
 etiam audiri breviter, aliquid eius, quae ab ipso dicta sunt, addentes: Mala
 mens, malus animus, nempe in Hispano Vulpinus, si usquam alibi, hic certe
 maxime apparet. Cum enim verba institutionis Coenae Dominicae con-
 cinnare voluerit ex omnibus, (ut profitemur) Scriptoribus Canonice, eaq;
 numeret, ponderet, et trutinat ad amussim, adeo ut in unum sum 19. actio-
 nes ibi numeret, decem circa panem, novem circa calicem: de quibus 19.
 iam nihil dicam, sed postea respondebo ad illa, quae controuersiam habent:
 In omnibus illis, ne vnicam quidem inuenit quae sacrificare vel offerre, vel
 sacrificium foret propiciatorum. Quod igitur agit miser, cum 19. illis actio-
 nibus cum nihil ad ipsius faciant probandam Missam Pontificiam.

Sed hic et aliud nobis considerandum venit: Non fraudulentem solum, sed
 sceleratam ac perfidam sacrilegus Hispanus (V. Gelasius Pontifex Romanus) loqui-
 quitur circa praecipuum Christi de calice, in actione, ut ipse pensularum
 numerat, prima: Bibite, non casu quodam fortuito, sed de industria ac data
 opera, committit. Omnes, quod Matth. 26. disertè et expressè additum habetur

Dij Quod

Fol. 76.

Explicatio cau-
sarum.

Quod mirum sanè est, cum aliàs studiosè admodum. & curiosè sibi
numeret vocabula, ex eisq; singulas actiones in textu, literis Alphabeti
& deinde in margine loca Evangelistarum & Apostoli annotet: hic
adeò cæcus sit Hispanus, ut videre non potuerit, OMNES. Sicut enim
cæcitate non vidit, nec posuit actionem, quam S. Marcus 14. descripsi-
biberunt ex illo OMNES. Antea in meo quodam Scripto, Hispano
par conspiciliorum, quibus in Scripturæ S. lectione, propter visus debi-
tatem, videretur: sed frustra. Video enim eum, ut maximè cæcitate
meum sequi nolle consilium, eisq; uti. Verùm non tam cæcitate hoc
adscribo, quam malitiæ planè Diabolicæ, qua ab hoc Sacramento
tari laicos excludat: quod fecit alius quidam ipsius socius, negans hoc
stitutum, sed ex gratia tantum & nullo iure, eis dari speciem alteram
contentos esse deceat illos. Sed hic plus sapere sibi videtur, infra
petens, peculiarem id habere difficultatem, propter quam
non detur, periculum intelligit effusionis Calicis, & mystaces virum
ne quid illis adhareat sanguinis. Bonus & simplex Christus hæc
attentè consideravit. Quanto itaq; hi herum suum sapientia
cellunt.

Fol. 73.

Quod autem ad verba præcepti: Hoc facite in meam commem-
tationem attinet, post multas & varias distinctiunculas, inter reliqua
" secundum speciem suam autem præceptum istiusmodi, præceptum est
" cogitandi, aut loquendi præcipue: Sed FACIENDI, ad commen-
" dam videlicet, IPSIVS FACTI REPRESENTATIO-
" mortem, quam Ultrò Christus pro nobis obiit in cruce. Affirmat
" esse præceptum ait, quod quidem obliget semper, sed non pro semper, sed
" pro omni loco & tempore. Sed respondeo, siue affirmativum siue nega-
" uum sit præceptum, id semper & solum faciendum, omni tempore, loco
" persona, quando cunq; ubi cunq; & quocunq; Coena Domini celebratur
" tantum hoc faciendum, quod Christus faciendum in suo testamento mandavit,
" nihilq; prorsus in eo mutandum. Item, hoc, inquit, præceptum exequi ne-
" cesse est, secundum rectam rationem, ac dispensationem imprimis Ecclesiæ
" quæ mysterium Dei est dispensatrix.

Ad nubes, quas reliquimus, id est, ad Grammaticam nobis redendum
est. Novus prodijt ex Hispania Priscianus redinius, mirabilis totius

in Africa semper aliquid noui) qui verbum commemorari non ad cogitationem, nec citam ad repetitionem, quae fit locutione, sed praecipue ad representationem facti histrionicam, quae scilicet fit gestibus, quibus factum aliquid exprimitur, & representatur refert. Nusquam, bene Prisciane, credo ego, Verbum, commemorari, in hac significatione apud latine lingua auctores, reperies: scilicet pro gestibus histrionicis representari rem aliquam. Parens autem latine linguae & eloquentiae, Cicero, quod tu negas, ad cogitandum & loquendum referendum docet, nequaquam verò ad Histrionicam representationem. Ita enim loquitur: Pythagoreorumque more, exercendae memoriae causa, quid quoque die DIXERIM, EGGERIM, COMMEMORO vesperi. Idem: Nam quid hoc indignius, aut iniquius DICI AVT COMMEMORARI potest. Vbi commemorari, pro dici accipit. Sicut & pro commonefacere, & graeco $\lambda\epsilon\gamma\omega\ \mu\epsilon\mu\omega\ \nu\epsilon\mu\omega$, Sicut & commemoratio, inde verbale nomen, nequaquam, ut tu Hispanie interpretaris, vel deprauas potius, pro histrionica representatione, sed verbali narratione accipitur. Sicut Terentius. Nam

Cicer. in Catil.

Id. pro Quins.

Terent. in Andr.

De Natura Deorum.

ut Cicero: Multaque alia in alijs commemorabilia, proferre possum. Inuitus quidem huc descendo: sed quia aduersarium hic Missae suae, & sacrificij confecti, fundamenta velle ponere video, ut omnibus palam fiat, quam infirma, arenosa, imò nulla, aedeque falsa sint, imò putrida & putida istius Logodadali fundamenta, quibus arcem Missae Pontificiae iam inclinate sulcire cupit: Ideo vocabuli, ex quo illam vult extruere, significatio omnino fuit exponenda, ut quae impudens sit Sycophantia Hispanus, appareat omnibus, qui pro sua sibi sumit impudentia, cum ex Grammaticatione ex Theologia, quaecumque vult, pro concessis & principijs, quae sunt falsissima vanissimaque.

Itaque simpliciter, nulla usus circuitione, vel tergiuersatione, verbum seu preceptum, Hoc facite, ad actionem istam Christi totam pertinet, quae patrem & calicem benedictum, dedit discipulis suis dicens: Accipite, comedite, hoc est corpus meum. Bibite ex hoc omnes: hic est sanguis meus &c. Hoc ergo inquit facite, quotiescunque beritis, in meam commemorationem, quo nihil aliud eis facere precepit, quam quod tum faciebant, in Coena sumptione.

D iij

tionem

dicit: Non aliud Christus instituit his verbis, comedite & bibite, & illis
 illis verbis, hoc facite, quibus precepit de manducatione & bibitione,
 quaquam autem tum histrionis instar, quod inquit Hispanus suo
 sibus representavit futuram post diem suam passionem & mortem Christi
 id quod ne ex uno quid in tota totius actionis istius colligi potest. Sed
 ipsis hoc facere precepit, sed manducare corpus suum, & bibere sanguinem
 suum iussit in sue mortis commemorationem. Sicut Apostolus dicitur
 perspicue. Verba hec Christi interpretatur, uno verbo, unum contextum
 Hoc facite quotiescumque; bibetis in meam commemorationem. Quod
 cumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: morte
 annuntiabitis, donec veniat. Audis Hispane, audis inquam, Verba
 Christi, hoc facite, interpretacionem Apostolicam? Tuam igitur nugationem
 prorsus repudiamus. Que hec ego Hispani, hominis Vanitatis & temeritatis,
 quod hoc precepto & verbo, facite, assensuram esse, & representacionem
 mortis, eius Hoc est, gestulationes Missae theatrales, & se representare
 mortem Christi in cruce nugantur simili Pontificis, & ministratio
 preceptis. Hoc quidem verum est, iubet Christus hoc facere ad commemorationem,
 hoc est, ut Paulus hec verba interpretatur, ad memoriam. Sed quid Hispane?
 Nunc quid commemoracionem Christi, eiusque annunciationem, in gestulationibus
 histrionicis consistit? Itaque nobis erit Phormione. Nequaquam vero commemorationem
 voce Christus usus est, & annunciare eius mortem, quod Apostolus
 didit, publicam predicationem significat. Sicut idem Apostolus in
 Epistola eodem vitur vocabulo, quo & in Coena Domini de seipso
 κητογγελλει Qui, inquit, Euangelium annunciant. Et alibi idem: Et dicitur
 annuncietur in universo mundo. Et iterum: Quidam ex contentione
 stum annuntiant.

1. Cor. 9.
 Rom. 1.

Quid hic Hispane dices? Apostolus verbi & precepti Christi interpretatur
 de gestulatione, & representacione mortis Christi, in Missa vestra, & quod
 cum mortem Domini vult annunciare? Vbi tu peruersissime hominum
 non de loquendo precepit, sed de representacione mortis Christi accepit.
 Aut etiam miserationem & murmuracionem verborum intelligis, per
 nunciationem? Atqui loca ista Apostoli horum nihil admittunt. Quod
 enim ex te: Num Euangelium concionatores gestulationibus, an vero

et sonora voce annunciare debeant Similiter, Num Romanorum tum
 in uniuerso mundo, histrionicis gestibus fuerit representata? Quera
 Num Apostoli in Cœna Domine administratione gesticula=
 tionibus eiusmodi histrionicis sint vsi? Atqui nihil horum eos adhibuisse
 Gregor. & Platina constat. Siquidem nuda fuerè omnia, & aliquot post
 seculis demum ab ociosis & superstitiosis hominibus excogitata & ad
 habita fuerè. Apagesis igitur in malâ ciuicè Hispanè, cum ista tua Missa the=
 atrica & sumâ, histrionica, gesticatoriaq; mortis Christi representatione.

Fol. 73. 82.

Deinde quod addit, hoc præceptum, facite, quod ut ad usum etiam atq; ad
 administrationem Eucharistiæ accommodatur, esse pro omni tempore, &
 hoc obligare: Sed quatenus id exequi necesse est, secundum reclam rationem,
 & dispositionem, in primis Ecclesiæ, quæ mysteriorum Dei sit dispensatrix,
 accipiendum. Nimirum largè suo id sibi sumit more. Est quidem Ecclesia Chri=
 sti dispensatrix mysteriorum Dei, sed non ea ratione & significatione sump=
 titio vocabulo, quo Pontifex Rom. potestatem sibi in Cœna Domine admi=
 nistratione arrogat, ut pro suo arbitrio, ex plenitudine potestatis, dispenset,
 & mutet in ea, quæcumq; usum est: Quod per dispensationem eum ficere
 posse sui asserunt. Hoc negamus, ut hanc sibi sumat licentiam, desponendi
 dispensandi, aut mutandi quicquam in Testamento Christi, iam antea ab
 ipso disposito. Hominis, inquit Apostolus, Testamentum confirmatum, nemo
 spernit, aut superordinat, multò ergo minus Christi Testamento aliquid li=
 cet addere, vel superordinare. Verùm Pontificia Ecclesiæ, contra mentem
 & voluntatem Dei ac spiritus S. decretum, per Apostolum factum, disponit
 pro sua libidine. Sicut Rom. Pontifex, quo doceat, omnibusq; faciat manife=
 stum, Antichristum se esse, potestatem sibi arrogat formam Sacramentorum
 à Apostolis traditam immutandi, secundum Archidiaconum. Sed hæc mutatio
 merito ab omnibus pijs Christianis damnatur, & nota est Antichristianismi.
 In malam igitur rem cum hac dispositione, Ecclesia Christi sponsa est ipsius
 audiens, audiens vocem ipsius, non mutans Testamentum eius.

6413.

Fol. 73.

Quod igitur Hispanus probare conatur, nihil à sua Ecclesiâ, in Mis=
 sa Christi institutione alienum, sed prorsus eadem, quæ Christus in sua
 Cœna egerit, fieri. Etiam si non curent semper interesse sacris aliquos,
 quibus Eucharistiâ communicent: nihil tamen contra verba ista, deditq; dis=
 cipulis, geri. Quia hoc tantum referendū ad circumstantiam, quæ cum actione
 ista

ista aliunde cōcurrerit, sicut & illa, quod noctu, iā cenatis, & prēmiffa
 dū lotionē, Christus administraverit: ideoq; id à nobis, vel ignorātia
 scitā excēcatis, non intelligi Respondeo: O prophānum Esau! iā. Ita ne
 tibi vnum est & idem, circumstantia temporis, quod noctu, vel
 ante vel post prandium, aut Coenam, celebratur: Et personarum cir-
 stantia, quibus Sacramentum hoc Cœne Dominicæ est institutum, &
 quibus communicatio nulla est, aut esse potest: siue adsint ille, siue
 Nequaquam verò talis est circumstantia indifferens, quod scribitur de
 se discipulis, sicut illa, ante vel post Coenam, noctu vel die, ieiunio
 pransis, lotis vel illotis pedibus. Hoc enim ad actionem omnino illam
 tinet, ut sint aliqui discipuli Christi, quibus detur, quiq; accipiant à
 stro Ecclesiæ, qui manducant & bibant, hocq; in eius faciunt communio-
 tionem. Hæc omnino substantialia sunt huius Sacramenti. Etsi enim
 rus certus non requiratur: tamen non est adiaphorum, ut vel adsint
 non adsint aliqui, plures vel pauciores, quibus à ministro detur Cœna
 mini: cum non sit priuata & ociosa vnius Sacrificiucuculi actio
 nica, aut spectaculum, sed communis est Ecclesiæ & publica actio, sicut
 postolus eam describens, ait: Conuenientibus vobis in vnum. Et sic
 verba institutionis & actionis habent: Postquam enim dixisset, de
 discipulis, additur: dicens, Accipite & manducate, Hoc est corpus meum.
 Item: Accipite, Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus &c. An etiā
 circumstantiam tantum denotant ociosam, quæ prætermitti potest? An
 actionem Cœnæ Dominicæ describentia sunt verba? Quod si, in
 spani impietatem sacrilegam, nulli adsint, quibus dicatur: Accipite,
 dite: & accipite, bibite ex hoc omnes. Hocine est Cœnam Domini
 manducare? An verò vel portenta sunt verborum, & monstra
 ca, vel ludibrium merum institutionis, à Christo factæ? Nequaquam
 Cœnam suam instituit Christus, ut in ea offeratur Deo: sed ut
 dari eam vult discipulis, ut accipiant & edant, accipiant & bibant, ut
 Deo offerant, cuius prorsus non meminit. Et, an non Synaxis
 & communicatio dicta est Cœna Dominica? Vnde & in primitiua Ecclesiā
 omnes qui concioni Verbi Dei præsentēs intererant, ad mensam Domini
 accedentes, communicabant. Ita enim habetur: Peracta
 secratōne omnes communicent, qui noluerint Ecclesiæ carere limitibus.

Sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia. Quod
 si unus adest ad altare Sacrificulus, unus omnia vorans & hauriens, hæc
 cive communicatio est, Hispanus & qui cum communicat Sacrificucuculus
 monstrat hominum absurdissima, cum rerum experientia, veritate, &
 ipsis verbis pugnantia defendentium. Et tamen, que ipsius Vanitas &
 impudentia maxima, garrere, imò verò mentiri, nil erubescit. In priuata
 Sacrificuli Missæ actione, nihil cum Cœnæ Dominicæ à Christo facta insti-
 tutione pugnant fieri, cum histrio unus adest, ociosum exercens spectacu-
 lum, solus vorat omnia, nec quisquam adest Christi discipulus, qui accipiat,
 edat, hocq; in commemorationem Christi faciat. Que omnia & singula
 manifeste cum Christi institutione pugnant: sicut & alia, de quibus in se-
 quentibus. Quod si omnes essent stipes, cæci, surdi, muti, amentes, fortè
 persuaderet facilius. Sed cum, Dei beneficio, sensu communi, & alijs, non
 destitiamur, & hæc Christi verba simplicia intelligamus, alios sibi querat
 Hispanus, quibus volentibus decipi, ut vult illudat usq; præstigiator. Sicut
 etiam in sequentibus Christi verbis: Accipite, manducate, non minus in-
 eptus est Hispanus, miserabiliter, Christi verba: Accipite, & manducate,
 crucifigens, ut, in illo præcepto: Hoc facite, nequaquam necessario ad di-
 stribuendum Eucharistiam requirantur. Ut videlicet ex communicatione
 cœnæ dominicæ, quam Christus in totius Ecclesiæ usum instituit, omnibusq;
 communem esse voluit, priuatam sacrificucuculi actionem, adeoq; opus pla-
 nè aliud ac diuersum, videlicet Oblationem & sacrificium, faciant, in eamq;
 Ouidiana Metamorphosi transmutent.

Et haud stultè sibi sapere videtur, cum monet, nihil ad rem facere ver-
 ba ista Christi: Accipite & manducate: Sed tanquam ociosa & superuacua
 remouenda esse, & præmittenda: (sicut etiam, à Catholicis sacerdoti-
 bus, ea, inter distribuendum Eucharistiam, prætermittunt.) Ne quis scilicet
 intelligat inde, in quem usum cœnæ domini sit instituta, rempe, ut à fidelibus
 Ecclesiæ membris accipiantur, & manducetur. Hoc omnino hic facit sacri-
 ficucuculus, quod Satan in luctis & certaminibus consuetudinem, ut ver-
 bum Dei prorsus ex cordibus hominum rapiat: quo facta, facilis deinde est
 vitiorum. Perge itaq; hoc modo, quo capisti. Et procul remoue verba institu-
 tionis cœnæ dominicæ, & habebis expeditam viam & rationem faciendi ex
 isto sacramento sacrificium, pro omni tua libidine, Ideoq; rectè facis, quod
 asseris

Fol. 70.

asseris, huic mandato nihil fieri contrarium, in Missa priuata: Quis sacrificium panem consecratum accipiant & sumant.

Verum, heus bone vir, nunquid his solis est instituta Coena Domini? ut solus Sacerdos sibi sumat, & dicat: Accipite Domine locum & manducate: An vero pro Eccl. sic? Unde Synaxis dicitur, quod non probatum est. Et quando finis tandem, Hispanus tua um ineptiarum, pietatum & sacrilegiorum? Nunquid Sacrificulus est os omnium Ruffianorum? ut pro illis solus voret? quod secl. est à quibusdam dicitur. An non imera sunt ludibria, cum Sacerdos dicit: Accipite, edit, & bibit: Cum ante se solum comesturum, neminiq; quicquam daturum, decreuerit. Cuiusmodi igitur amplius: id, quod Christus dixit: Hoc suum esse corpus, quod pro vobis datur, tum sacerdotes certissime exequi, cum Christi corpus, ut in Sacramento continetur, inuentè eterno Patri offerunt, Hispanus asserit, inueni enim eos Christi actionem, qua corpus ipse suum, in cruce, cruciatum, titulu (quod solum sunt iusti) ut possunt, nempe inuentè, quod & Christus in Coena fecerit. Hanc enim etiam vim esse præcepti illius: Hoc suum corpus mei commemorationem, ut necessariò sit corpus Christi, in Eucharistia, eterno Patri offerendum. Hoc enim, ait, cogit consequentia, sensusq; verborum, ut verba illa: Hoc facite in meam commemorationem, ad actionem Christi, qua verbis illis futuri temporis, quod pro vobis tradatur, indiatur, referamus.

R. Tot sunt frè in hac Hispani oratione mendacia, quot verba enim, ut nugatur ipse, Christus his verbis: Hoc facite iustus nos facere, ipse postmodum facturus erat, in cruce se offerens Patri caelesti: sed hoc non facere, quod tum agebat, dans illis panem, ut comederent videlicet corpus suum, & biberent sanguinem: Hoc, inquam, facere iustus in sui commemorationem: Accipere iubentur, & manducare, & bibere non offerre. Quid tu, homo furiose, hic aliud queris? Quid vides? Quid audis? quod modò dictum est, modò, quàm quod Christus ipse dixit? Sicut in hisce postolum interpretari vidimus. Et vbi tuum hic sacrificium? Vbi oblatio? Vbi offerre Deo Patri iubentur corpus & sanguinem Christi, Sacrifici- cule solide. Et vbi, quod tu nugaris, factò aliquo re ipsa simili, atq; representare sacrificium & oblationem suam iussit Christus? Non quod inquit: Hoc præcepisse Christum ipsa verba declarant: Non est

Fol. 84.

Fol. 86. 87.

Hoc dicite, aut predicare, aut etiam commemorare: Sed, hoc facite in
 meam commemorationem, id est, ita efficitur, ut vestro facto magis, quam
 voce (sic enim ex D. Augustini doctrina colligi potest Apostoli interpre-
 tationem intelligenda esse) quotiescunq; manducabitis panem hunc, mor-
 tem annuncietis meam, ad o[mn]i[m]q; memoriam recordationemq; exaltetis eius
 sacrificij, quodsum in cruce pro uobis perfecturus. Quod qua ratione apte
 fieri possit, nisi nos item, quomodo in Eucharistia possumus, ipsum etiam
 Christi corpus & sanguinem offeramus, non equidem video. Respondeo
 ad hoc omnia: Quia cæcus es, ideo non vides clarissima Apostoli v[er]ba,
 interpretantis illa Christi, quid sit, & quomodo fieri possit, quod dicit: Hoc
 facite in mei commemorationem, omnem tollens dubitationem, si qua esset.
 Cum enim repetuisset Christi illa v[er]ba, ut obiq; de pane & calice, hoc
 facite in meam commemorationem: statim & imm[edi]atè subiungit interpre-
 tationem de viroq; Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc, &
 calicem bibetis: MORTEM DOMINI ANNUNCIABITIS,
 DONEC VENIAT. Audis, Hispanus, quod tu perfide negas, Apo-
 stolusq; mendacij arguis, inquit: Christum non dixisse, predicare aut
 etiam commemorare: Audis, inquam, Apostolum dicentem: ANNUN-
 CIABITIS, quod idem est, ac predicabitis, ut sup[er]à ostensum est. Hoc
 ergo est, quod Christus, in Cæna suæ celebratione, nos vult facere, & hoc
 modo memoriam recordationemq; sui sacrificij, quod in cruce pro nobis
 perfecit, excitari. Hic finis est, in quem manducare & bibere corpus &
 sanguinem Christi, ab ipso & Apostolo iubemur. Hunc ergo nos, non te,
 aut alium quemcunq; alium docente[m], audimus & sequimur. Te verò
 cum tua oblatione missatica & theatrica, qua alia & diuersa à Paulo
 tanquam sacrilegum, cum ipso anathematizamus, damnamus, alium docen-
 tem modum, quo representat Christi, in cruce morientis, sacrificium. Nam
 quod ais, sensum tuum de histrionica oblatione, ex Augustini doctrina
 posse colligi. Nihil horum illic habetur. Quod si maxime hoc daremus
 (quod nunquam inde probabit, colligat ut vult, Hispanus) multis tamen
 praefertis Apostolum Paulum Augustino praeferrimus.

August. de
 Trinit. lib. 3.
 cap. 4.

Quod verò id probare conatur Hispanus, analogia veteris Testa-
 menti, ubi necesse erat, offerre Domino primogenita omnium, ad memoriam

Fol. 88.

E ij mirande

Fol. 89. 90.

miranda liberationis ex Aegypto per primogenitorum occisionem factam
 » Cum igitur & nobis Christus Pascha nostrum, sese oblationem & hostiam
 » pro nostris peccatis in cruce offerens, nobis liberationem impetravit: ob-
 » latione quoque eiusdem unigeniti filij Dei commemoremus. frivolum est
 » gatorum. Scimus enim illa umbras fuisse rerum verarum & futurarum.
 » Nono Testamento per Christum exhibitarum, quo adveniente corpore
 » umbrae istae omnes evanuerunt. Iam clarissimus Sol nobis est ortus. Ideo
 » plus est nobis, ut lucernam in meridie accendamus, aut novis umbris
 » & figuris, quibus claritas ista solis obscuratur, non illustratur. Itaque
 » has nugasque sunt, quod hic in conclusione addit: Ex quibus id etiam est
 » spicuum, Catholicos Sacerdotes, quamvis non semper in Missa possunt
 » Dominicam, sublata voce, sicut Praedicantes sectarij faciunt, de praedicatione
 » nihilominus verè facere, quae Dominus in sui commemoratione in Hierosolymis
 » cepit. Nam factio ipso, signoque per similes, nempe oblatione Christi, mors
 » & sacrificium eius in cruce factum annunciant, sicut faciendum in cruce
 » ipsa verba institutionis. Quod nos, Apostolo doctore, falsum esse demon-
 » stravimus, nulloque modo, nullaque ratione docere potuisse Hispanum
 » facere in Missa sua, quod Christus facere iussit in Coena sua celebrata.
 » Non enim in Missa Christi discipulis datur: Sed Deo offertur, de quo
 » quidem in Christi institutione 2. Discipuli Christi non manducant, sed
 » madmodum verba habent. Accipite, manducate, sed solus omnia vorat Sa-
 » crificis. 3. In Missa non annunciat mors Christi, sed quid misisset Sacri-
 » lus, nescit spectator. 4. publicam Christus instituit actionem & commu-
 » nem: Missa privata est unius Sacrificuli actio. Quae igitur tanta in
 » to mentiendi libido?

Ad extremos itaque Garantias, cum suis putidis mercibus, & in-
 » dacijs impudentissimis, Hispanum longè Diaboli omnibus deteriorior
 » legemus. Si enim Diaboli omnes ex inferno, collatis operis ac studiis
 » municatisque consilijs de pravaere, corrumpere, pervertere, evertere
 » institutionis Coena Dominicae conarentur, vix eos tam miserabiliter
 » raturosea fuisse crediderim. Adeo nihil in eis relinquit sanum aut
 » tegrum alumnator diabolicissimus, quem si incarnatum dixeris Diabolum
 » amice Lector, sicut olim Ioan. 23. Pontifex Rom. vulgò à Christi fidelibus
 » **DIABOLVS INCARNATVS** est dictus, ut refertur in
 » concilij Constantiensis, non aberraveris nec peccabis.

Quod etiam in actionibus circa calicem, nihil in Missa à se contra Christi institutionem peccari, probare magno conatu, magnus clamator, magnus, non dico nugas, sed impietates, ad eòq; sacrilegia protrudere contra illam conatur: & quidem partim easdem, quas supra refutauimus, partim etiam plures & maiores, nempe: quod Sacerdotes nequaquam tenentur etiam participare volentibus semper & ubiq; cum Eucharistia communicari, calicem administrare, sed quatenus pro ratione temporis, locorum & personarum & imprimis Ecclesiastica dispositionis, conuenienter & necessarium esse, minimè contra institutionis præceptum prætermittere: cum id, quando non adsunt, quibus necesse sit calicem administrare, quiq; legitime velint recipere (vt iam propter Ecclesiasticam CONTRARIAM dispositionem, adesse tales non possunt) minimè ex institutione Christi fieri debeat. Respondeo. Hec refutare me necesse non est, quod propria Hispani refutata sint confessione, cum dicit CONTRARIAM esse suæ Ecclesiæ dispositionem, institutionem Christi. O sacrilegam Ecclesiæ malignantium & diaboli audaciam prophanam. O Antichristi Rom. mancipium. Osures Calicis. O Violatores Testamenti Christi, vt se Antichristianos esse omnibus declarent, Christi ordinationem, euercentes eiq; contraria statuentes, sicut diaboli hoc mancipium, sacrilegium hoc suæ Ecclesiæ, vt Sodoma peccatum suum, prædicat: propter Ecclesiæ, inquit CONTRARIAM DISPOSITIONEM Laicis calix non potest administrari. Hec maiora sunt verbis, & tonitruis cælestibus, igniq; infernali quædam reseruantur, non verbis refutanda.

Querit deinde Rabula, quonem obsecro Christi verbo expresso mouentur Nouatores nostri, vt contra Ecclesiæ (malignantium) verissimam sententiam, & ipsius Christi etiam, atq; Apostolorum exemplum, pertinaciter contendant, Christum alibi simpliciter præcepisse omnibus hominibus, quotiescuq; communicant, etiam de calice participant, ad eòq; vt Ecclesiæ eandem illam administrari curet? Respondi: Phariseum cæcum nodum in scapo querere. An non enim Christus apertissimis & manifestissimis verbis de calice dixit: Bibite ex hoc omnes? Visne aliquid amplius? Quod si Christi hæc vobis sceleratissimis omnium non sufficiunt, verba habes Apostoli, Latam etiam communionem describentis, vbi non solus panis, sed & calicis facit mentionem cumq; cum altera parte, pane nempe, coniungit.

Et

Fol. 91.

Fol. 93.

Fol. 95.

Et quod ad locum Luc. 24. ubi discipuli Christum in fractione cognouit, similiter & Apostoli domum panem fregit, scribantur quaquam ille Christus Coenam suam à priori, & variatam atque tantam celebravit, aut contrariam illi priori instituit. Alibi hæc à Chrysolasto & inconstantia. Vulgaris fuit panis, quem sumpsum, solum consecrauit, & distribuit discipulis, de quo non, ut illic, dixit: Hoc est corpus meum, &c. Sicut nec Apostolos (qui boni & fideles serui, ac discipuli mysteriorum eius,) Domini sui institutionem mutasse existimandum de vulgari cibo, quem scriptura omnem, & ita phrasi, panem dicitur quitur Evangelista. Quod ex cap. Iohannis 6. suum autem probatur Sacramentum, frivolum est, & mirè nugatur, ut eene seruitas erit, cum nondum fuerit instituta. Et præterea dicit: Quod quicumque comensum, siue panem hunc, eo modo edat, de quo loquitur ibi habebit æternam. Certum est autem, plurimos, qui Sacramentum Coenæ sumunt, damnari. Ergo non de Sacramentali, sed spiritali mandatum

Fol. 96.

Fol. 96.

que etiam extra usum sit fidei, loquitur ibidem. Ideo quod addit Christus: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, sub specie panis, biberitis eius sanguinem, sub specie vini, non habebitis vitam in vobis, sed vos ipsos, panis viniq; speciebus significatas continentas, siue tantum, siue sub utraq; specie, sumendas esse affirmavit. Et occurrunt nempe incredulitas Iudeorum, quæ, ut hoc asseueraret, ipsum manducatum etiam totius sermonis conclusio declarant Respond. Quod ad rem Christi institutio Sacramentum facit. Cum igitur de pane dixerit corpus meum, & de calice: Hic est sanguis meus, ideo observata hæc institutione, verè ea percipiunt, quæ habent verba institutionis.

Fol. 97.

Hispanus dicit, scire à quibusdam annotatum, cum Christus dixit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis, &c. particulam (Ergo) tantum eo loco valere, quantum particula: (vel:) ut sit sensus: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, vel etiam, nisi biberitis (ut quisque) diuino præcepto, si Sacerdos fuerit, VEL EX ECCLESIA INSTITUTIONE, cum illud expedire iudicauerit ac fieri iusserit: Tradidit ibi Christus generalem doctrinam, ad totam Ecclesiam in qua variæ conditionis homines sunt, pertinentem) sanguinem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.

Dico ego, Hispani, valde in scite, sed quid dico in scite? sacrilegè id an-
 natum, ubi in causa meliori & plana, præsertim cum pro me Christi fa-
 ciat institutio, ab Apostolo repetita, Laicam etiam describente communione,
 plus mea valet negatio, quam tua asseueratio. Et iterum quasi in suo
 regno triumphans, de Ecclesie sue dispositione negatur: Synagagam eam
 esse Satane eo ipso evidentissimè probatur, quòd Christi Testamentum
 violat sacrilegè: sicut Pontifex Rom. Gelaf. vult. Comperimus, inquit,
 quòd quidam sumpta tantum modo sacri corporis portione, à calice sacrati
 erroris abstineant, qui procul dubio (quoniam nescio qua superstitione do-
 centur adstringi) aut integra Sacramenta percipiant, aut ab integris arce-
 antur. Quia diuisio vnius eiusdemq; mysterij, sine GRANDI SACRI-
 LEGIO, non potest peruenire.

Fingat hic & excipiat Hispanus quicquid voluerit, de ista supersti-
 tione, qua abstinerunt à calice, parum retulerit. Cum ratio, quam subiicit
 Pontifex, sit generalis: Vel integra Sacramenta percipienda, vel ab inte-
 gris arcendos homines. Quòd diuisio vnius eiusdemq; mysterij, sine GRAN-
 DI sacrilegio fieri nequeat. Iudicio itaq; & decreto Rom. Pontificis estis,
 Papicole sacrilegi. Nec te inuabit distinctio, quam alibi finxisti, de hoc eod,
 Gelasio, quòd non ut Pontifex, sed ut Doctor alius hoc scripserit, nec vo-
 luisse totam obligare hoc decreto Ecclesiam. Imò maxime, ideoq; inter de-
 creta, in iure Canonico, est relatum.

Porro ridiculum est admodum, sed quid dico ridiculum, imò valde
 in pium, addo & sceleratum: quòd dicit, Christum (ubi de Sacramento
 altaris, Job 6. secundum Hispanum, loquitur) generalem doctrinam, ad totam
 Ecclesiam, in qua variè conditionis homines sint, pertinentem, tradidisse.

Quasi duo instituerit Sacramenta: pro sacerdotibus, quos antea no-
 minauit, vnum integrum scilicet. Alterum pro Laicis, dimidium. Hoc ve-
 rum affirmare non audeo aperte. Tamen hanc esse ipsius sententiam, subin-
 dica, diu dicit generalem Christum doctrinam ad totam Ecclesiam perti-
 nentem, in qua variè conditionis sint homines, sacerdotes nempe & Laici,
 tradidisse. Quia verò hoc docere non potest, ubi Christus pro Laicis in-
 stituit, ad Ecclesiam venit, quòd potestatem hanc à Christo ita disponendi
 accepit, quia Dispensatrix scilicet mysteriorum Dei. sed hæc dispositio
 antea cessat abrogata.

Deniq;

De consecras.
 dist. 2. Can. Com-
 perimus.

Fol. 96.

Deniq; quod & ex Apostolo, scitam illam suam annotationem
 dimidiatum ac mutilatum Sacramentum probare intendit; & idem
 fiare et quod, VEL, eò quod scribat: Quicumq; manducauerit panem
 vel biberit calicem Domini indignè. Supra modum hominis temeritatem
 frontem perfrictam miror: quod non veretur sacrilegus homuncio,
 stum ipsum, deinde Apostolum, qui plus omnibus laborauit, singulos
 cum, & deinde Ecclesiam cum vtroq; committere. Quasi saluati
 Testamenti Noui conditor, qui est Veritas, secum pugnare possit.
 serid, quod instituerat, bibite, inquit, ex hoc omnes, seruandum
 endum preceperat: Hoc & non aliud facite, inquit, postea
 Hispani siue sub vna tantum, siue sub vtraq; specie sumendas res signi-
 & contentas, affirmarit. O scelus. O maligne. O diabole. Sic &
 lum committit secum, fidelissimum mysteriorum Dei, non dispositum
 dispensatorem. Qui institutionem Ecclæ, à Christo factam, se accepit
 tradidisse Corinthiorum Ecclesie Laicæ, scribit, integrum sub vtra-
 isti loquuntur) specie panis & vini, Sacramentum. Iam vna
 vel visa apud eundem, dicentem: Quicumq; manducauerit panem
 vel biberit calicem Domini indignè: Quibus, inquit, proficilo verbis
 satis insinuat (vel vt in margine habetur, subindicat) sine diuini
 transgressione, in alterutra specie vsurpari Eucharistiam posse:
 non damnat eos, qui manducant separatim, vel bibunt, sed quod
 ponens, per Christi legem licere vtrunlibet per se facere. Vides, Sicut
 quid non tentet? Antea, repetita, quod diximus, Christi institutio
 Ecclesie Christi tradita integrum se à Christo accepisse Sacramen-
 tisq; tradidisse, est professus. Iam sibi contrarius, vbi de pæna
 manducationis quedam addit, alterutram speciem, vtram libuerit
 re, mutata scilicet eiusdem institutione, pro arbitrio licebit
 Quid hoc magis furiosum? Quia ergo vtram libebit speciem, non
 licebit: quia Apostolus dicit: vel biberitis, separatim: ergo etiam
 solum calicem accipere, & ita etiam in sanguine Christi corpus bibemus
 us? Quid hoc absurdus? Christus de sanguine suo in cruce effu-
 quitur. Quomodo igitur in corpus reuersus est, v; in calice, nec
 spani consequentiam, & propter concomitantiam non solum sanguinem
 habeamus & bibamus, sed simul etiam ex eodem corpus sub specie
 habeamus & sumamus. Quid hic futurum est?

ad Ecclesiam perueniamus, quam cum Christo quoque, in hac dispo-
 sitione, committi dixi, hoc ei vtile & salutare visum esse, hoc modo dispen-
 sare Laicis alteram tantum speciem dixit. Idque Christi & Apostolorum
 exemplo, qui ita, quod probare voluit hactenus, usurparunt. Sed men-
 tione oportebat esse memorem: Dixit enim imò scripsit, Ecclesiae dispo-
 sitionem contrariam esse Christi institutioni: Quod si hoc verum est. Ergo,
 aut verum non est, quod antea dixit, Christi & Apostolorum exemplo,
 alteram administrari speciem Sacramenti, & sic mentitus est Hispanus,
 quod libenter credunt pii omnes: Aut Christus, & Apostoli, contra pro-
 priam suam peccauit institutionem, sibique fuit contrarius Christus. Quod
 nemo affirmabit nisi Diabolus, & Hispanus iste socius aut primogenitus
 ipsius, ad hoc pertinax contradicendi veritati, erroresque omnes, quan-
 tumvis crassos, impios, & absurdos defendendi studium, natus. Et quod
 hic Hispanus, de Ecclesiae dispositione in Sacramenti mutatione & mu-
 tatione, dicit: Hoc idem Cusanus Cardinalis, in hoc argumenti genere, ad
 Bohemos scripsit de usu communionis. Arbitraria potestas, inquit, Ecclesia
 et edita, irrefragabile à Sponso ligandi & soluendi, &c. postea mutato iudicio
 Ecclesiae, mutatum est & Dei iudicium. Et iterum: Quare nec mirum,
 si praxis Ecclesiae vno tempore interpretatur Scripturam vno modo, &
 alio tempore alio modo. Hec verè sunt Diabolica, & Antichristiana.

Porro hec verba: Accipite, & bibite ex hoc omnes, etiam per se non
 fuisse illo mandato Christi, hoc facite, præcepta: Rationes duas subijcit, Pri-
 mas quia etiam sine illis similiter hoc fieri potuisset: Ideo non oporteat ad
 eius facti executionem dicere. Altera est ipsius ratio: ne ipsum quidem
 factum, ad quod ea Christus verba retulit, exequi ex vi præcepti institutio-
 nis tenemur, videlicet ut alicem etiam exhibeamus.

Cum Satan Christum nimis aperte peteret, & quidem impudentissi-
 me, dicens: si procedens adoraueris me, dabo tibi regna terræ, quia mea
 sunt omnia, & cuiuscumque volucro, do illa: Christus Dominus responso amplius
 dignatus non est, sed eum repulit, dicens: Vade Satan. Ita nimis aperte sunt
 institutionis Christi calumniae, quæ verborum refutatione non indigent. Non
 esse videlicet præcepti hæc verba: Accipite, Bibite. Nisi enim Christus
 iussisset suos bibere, & diuidere inter se, ut verba habent Euangelistæ, &
 nisi illis ipsi verbis præcepisset nobis quoque, ut biberemus eius sanguinem,

Fol. 93.

Epistola. 3.
Id. Epistola. 7.

Fol. 99.

Fol. 100.

Math. 4.

in calice: Unde scire possemus ad nos ista pertinere? cum etiam *Wort*
ΑΛΕΤΑΤΟ neget, se ex vi precepti institutionis (quæ agnoscit & perficitur) *ex hoc on*
 teneri ad calicis exhibitionem? Quis sic, non bone vir? propter, vi autem *termi*
 fessus est, Ecclesie contrariam dispositionem. Respondeo, non Ecclesia *non*
 est, sed Diaboli, & Antichristi est hæc dispositio.

Gabr. super can.
lect. 41. Circa
finem.

Gloss. de conse-
crat. dist. 2.

Magist. Sent.
dist. 21. lib. 4.

Quin & Scholastici saniores aliter sentiunt. *Gabr. super Can.*
 circa finem, ita scribit: Similiter cum dicunt, subst. antiã panis conuer- *hac ve*
 corpus tantum, & non in animam, vel sanguinem. Et ita loquitur *hac ve*
 consecrate dist. 2. Quid est Christum manducare, dicens: In solam *me*
 panis conuertitur, & vinum in sanguinem. Et Magister Sent. dist. 11. *sanctor*
 4. Licet sub utraq; specie sumatur totus Christus: tamen non fit *tionis con*
 panis, nisi in carnem, nec vini, nisi in sanguine: carnem ponit pro *ceteris q*

Et Thomas Aquinas: Quamuis totus sit Christus sub utraq; *Quod no*
 non frustra, tamen datur sub utraq; specie. Quia sic est verus Sacramen- *cratur in*
 tus, ut seorsim exhibeatur fidelibus corpus Christi in cibum, & *nis: ipsa*
 in potum, *Verbum*

Quod verò dicit in Missa obseruari actionem illam sextam & *Deniam*
 man Bibite ex hoc omnes: Quia omnes Catholici sacerdotes in Missa *dicens:*
 munitent. O insignem hominis impudentiam, quæ non pudet, tam *Paraly*
 non solum prorita, sed etiam absurda, proferre. Denud necesse est, *Christu*
 uã discere Grammaticam, in qua OMNES significat Missifices. Paulus *Ecce q*
 ut Euangelistam taceam, non ad sacerdotes solos, siue Episcopos & *additur*
 nos, (sacerdotis enim vocabulam, pro Ecclesie ministro, nusquam in *Canone.*
 Nouo Testamento, acceptum reperitur) sed ad totam Ecclesiam referri *Christo*
 ne. Hunc sequuntur pij omnes, doctorem Gentium, in fide & *multis e*
 verò, tuiq; similes impostores sacrilegos, calicis fures, damnant & *quoz; ad*
 mansant. *Verum ad*

Fol. 101.

Verba consecrationis calicis, inquit, nihil obstat, quod neq; *Verba*
 lus, neq; Euangelistarum aliquis, sub hac forma omnino retulerit. *unpor*
 minime dubitandum sit, quin inde ab initio, ex Apostolica *Conlum*
 ditione, Ecclesia utatur. Et particulam, enim Ecclesiam non tanquam *tionem*
 nõ ad consecrandum necessariam, ut Heerbrandus fingit, sed *ad*
 causa interponit. Respondeo, Quid hoc referret, aut obstatet, cum *mensi*
 ceat omittere, quæ vultis, ut supra audiimus, & addere etiam, quæ *quoz;*
 ut: *Accepit panem (in sanctas & venerabiles suas manus) & elevatis*

...alis suis in caelum ad Deum Patrem suum omnipotentem) Accipite, edite
 (ex hoc omnes) hoc est (enim) corpus meum, &c. calix Novi Testamenti (x=
 terni & Mysterium fidei) Haec omnia in consecratione (ut habetur in Ca=
 none Missae) ad verbum recitantur, ad eamque pertinent. Quod non ego sin=
 go, ut hic Hispanus mentitur, sed ipsimet. Ita enim habet Gabriel: Et licet
 haec verba (Hoc est corpus meum) tantum sint de necessitate Sacramenti:
 sua tamen cetera Verba Canonis de necessitate ministri, ut rite & legit=
 me consecrationem perficiat. Quilibet enim sacerdos celebrans, ordinationi
 sanctorum Patrum & Ecclesiae se tenetur conformare. Haec forma consecra=
 tionis coniunctionem (enim) inseruit, rationabili ex causa, ut dicitur. Quae
 ceteris quatuor connumerata, dici solent, quinq; esse consecrationis verba.
 Quod non vacat à Mysterio: sic enim quinq; verbis corpus Christi conse=
 cratur in Sacramento, quod totidem verbis concipiebatur in Vero Virgi=
 nis: Ipse namq; Angelo salutanti consentiente, & dicente: Fiat mihi secundum
 Verbum tuum, incarnatum est Patris Verbum. Peccatorum quoq; publicanus
 Veniam meruit quinq; Verborum oratione, cum percutiens pectus, oravit,
 dicens: Deus, propicius esto mihi peccatori. Similiter quinq; verbis crimina
 Paralytico relaxavit: Fili, remittuntur tibi peccata tua. Sic quinq; verbis
 Christus latroni Paradisum reseravit, dicens: Hodie mecum eris in Paradiso.
 Ecce quanta necessitas, quanta Mysteria particulae Enim. Vbi etiam
 additur, grauius peccare sacerdotem, si consiciens, verba precedentia in
 Canone, qui pridie, &c. non recitaret. Deniq; quod dicit: Noua a No, à
 Christo in cruce perfecta, ac illis verbis significata: Qui pro vobis & pro
 multis effundetur in remissionem peccatorum, modo quo fieri potest, in Missa
 quoq; adhibetur, videlicet Mystica oblatione Domini sanguinis sub specie
 vini ad fructum passionis eius participandum, adeoque ad obtinendam remis=
 sionem peccatorum, &c. Respondeo. Nequaquam Christum (ut supra dixit
 Hispanus de pane, & hic repetit verbis illis: Hoc facite) imperasse Domini=
 corpus & sanguinis oblationem. Certissimum enim est, & indubitatum,
 quod aliud suos non iubere facere, quam quod ipse tum in presenti fe=
 culatione, qua dixit: Accipite, edite, bibite. Sine ergo verba ista, Hoc facite,
 ad uentum: Accipite, edite, hoc est corpus meum: Bibite, hic est sanguis
 meus. Sine ad totam Coenam Domini a actione referantur: minime inde sequitur
 quod Val Hispanus, nempe ut in Missa offeratur corpus et sanguis eius Deo

F ij Patri

Gabr. super
Can. Missae.
lect. 38.

Insignes ratio=
nes particulae,
enim.

Fol. 101.

Fol. 103.

Patri celesti, quia nequaquam Christus in ea Deo Patri se obtulit nisi
 ut loquuntur. Doceant id Pontificij, si possunt, unico verbo syllabas,
 illic Christum se Patri obtulisse. Cumq; suos tantum facere velis, quod
 ipse: Nullius verò oblationis, in tota ista actione, v. l. verbulo vni-
 mentio: Ingens est & Diabolica aduersariorum, non modò audacia
 etiam Testamenti Domini sacrilega violatio, quod corpus & sanguis
 Christi, præter & contra ipsius institutionem, & postrenam voluntatem
 offerre volunt Deo Patri, & Sacramentum Cœnæ Domini in Sacra-
 am, Deo offerendum transmutare.

Non ergo nos, ut bipedum nequissimus Hispanus mentitur, vni-
 borum institutionis ignoramus, oblationis Domini corporis & sangui-
 Sacrificij cuius nulla pro- sus in ea sit, ne unico quidem iota, mentio ad-
 tere nolent: Sed Pontificij, ingerentes, assuentes, superiorum
 Christi Testamento, Sacrificij oblatione, ea verò, quæ instituit ac præ-
 iussit, ut omnes, siue Laici, siue Ecclesiarum ministri, ex alice sangui-
 bibant, hos cum arcent, ipsius mutantes, Cœnam, sceleratè, perfidè, &
 crilegè faciunt, id quod Christus instituit, fecit, & faciendum præcep-
 mittentes, mutantes, imò prohibentes: ac insuper etiam, quod nec ipse
 Cœna sua fecit, nec faciendum mandauit, propria libidine, ac Diabo-
 planè audacia, addentes & superordinantes, oblationis nempe in Missa
 Sacrificium, omnia peruertunt, deprauant, corrumpunt, prophanant.

Multis præterea verbis persuadere conatur, Sacrificulos,
 Fol. 103. timos esse Noui Testamenti Ministros, in ordinaria illa & legi-
 & sequentibus succensione vocatos & ordinatos (ubi regnare sibi videtur Hispani)
 his ergo in Missa id fieri, quod Christus in Eucharistia celebra-
 fieri iussit, hoc est, Sacrificium corporis & sanguinis sui offerri,
 probare in æternum non possunt, Christum vel fecisse, vel facere præ-
 se, sicut hætenus ostensum est. In nos autem vehementer inuehiunt,
 quam fures & latrones, qui aliunde ascenderimus. Et nos sacrificij
 sessione sua ipsos manere passuros, modo nobis quoq; locum aut partem
 ministerio isto concederent.

Respondeo, Nolumus, nobis partem in sacrilego illo Missæ sacra-
 dotio, vobiscum, aut locum esse. Et vnde nostra vocatio, cum aliis, in
 altero scripto, quod iam vna editur contra Hispanum, circa finem, placet

idem monstravit. Tam hoc nobis sufficiat, & quod hic ex meo citat compendio. *Fol. 107.*
 approbat: Ecclesiam esse matrem familias, quae, ut huiusmodi potestatem
 habet & auctoritatem, si filium successionis per schismata, & plures simul
 Antipapas, sortum etiam impudentissimum, Iohannam octavam, Papiſſam
 (qua Diabolus ipse illusit Papatui) abruptum fuerit, colligandi, etiam vo-
 candi synceros doctores, falsos vero ac malos operarios deponendi, per hanc,
 inquam, Deus ipse vocat. Et filius Dei, sedens ad dextram aeterni Patris,
 dona dat hominibus, Prophetas, Apostolos, Euangelistas, Doctores, &
 Pastores: ad edificationem corporis sui, quod est Ecclesia. *Eph. 4.*
 Iudaicum est quiddam & Pharisaeum, gloriatio ista de carnali succes-
 sione. Ipsi enim gloriabantur, semen se & filios Abrahae, esse: sed audiunt,
 progenies viperarum. Item: "si semen Abrahae essetis, opera eius faceretis,
 vos ex patre Diabolo estis, & opera eius facitis, hic mendax est &
 homicida.

Quod vero ad successionem istam Papatu Romani attinet, carnale
 quiddam est, nec Ecclesiam Novi Testamenti ad eam esse alligatam, nullo
 Scripturae s. Testimonio, ex toto Instrumento Nouo probari potest: Non
 sanctorum filij sunt, inquit Hiero: qui tenent loca sanctorum, sed qui faciunt
 opera eorum. Non omnes Episcopi, Episcopi: Attendis Petrum, sed &
 Iudam considera. Stephanum suspicis, sed & Nicolaum respice, quem Do-
 minus, in Apocalypsi, sua damnat sententia. Quod si Pontifices boni viri
 essent, si doctrinam Religionis Christianae, & verbum Dei syncerum &
 incorruptum agnoscerent, & tuerentur, magnum esset decus & ornamen-
 tum. Nunc vero, quod multis seculis factum est, cum doctrinam caelestem
 turpissimè, in omnibus propemodum partibus, corruperint: multiplicem,
 horrendamq; idololatriam inuexerint in Ecclesiam, & tenebras plusquam
 summas: (quod alibi copiosissimè à nostris est demonstratum) idola defen-
 dit, suamq; Missam impiam, Coena Dominicae prophanatricem: pios &
 synceros verbi Dei Doctores persequantur crudelissimè: propter istam in-
 successionem, Ecclesia Dei ne essent? Absit.

Ad Sacrificulos Misifices quod attinet, de quibus Hispanus dicit. *Fol. 108.*
 "Emulsiſsimè constat, sacerdotes nostros, neq; vocationis, neq; doctrine
 "gentis, quaequam differre ab ijs sacerdotibus, qui multis ante Lutherum
 "natum seculis in mundo agniti fuerunt."

F iij

Respondeo

Eph. 4. 1. Tim.
3. Tit. 1.

Respondco, prohdolor nimis Verum esse, idq; summo cum Ecclie
detrimento. Calamitas hi fure, imò pestis, Ecclesie Christi. Homo
genus nullo Ministerij Ecclesiastici numero ponendi. Recense: Appo-
in suis Epistolis, ad Ephesios, Timotheum, & Titum scriptis, varios
strorum Ecclesie ordines, gradus, & officia: Prophetas, Apostolos, E-
gelistas, Episcopos, Doctores, Pastores, presbyteros, Diaconos, alibi
nominali Præpositos. Sed Sacrificulorū, qui ad hoc tantū Vocentur
dinentur, ut Missas celebrent, & offerant pro peccatis vnuorū & mu-
rum, sicut suffraganeus in consecratione, ut sciant, quod suum sit offer-
ad quod ordinentur, porrecto calice & patina, desuper imposita
dicur: Accipe potestatem consecrandi, & offerendi pro vniis & defun-
nullam prorsus mentionem facit. Hoc ociosum hominum genus, igno-
penitus Ecclesie Apostolicæ, & Catholicæ veteri, magna & clara
Hispane, nego legitimos esse Ecclesie Christi sacerdotes, sed spuri-
ignavos, Baalistas sacrilegos esse, pronuncio. Pontificie autem vestra-
colycæ esse ministros, non negamus, nec, vtrum eos legitimos, vel il-
mos Voces, curamus. Et ne mihi irascaris, quod tales esse dixi, ad-
lectos à Romano Pontifice Cardinales, qui hoc ipsum confessi sunt,
Pontifici in faciem dixerunt, scripserunt: In collationibus Episcopatus
providetur magis personis, quibus Episcopatus conferuntur, quam
& Ecclesie Christi. PRESBYTERI ORDINANTVR INDOCTI,
MI, ET OMNI GENERE SCELERVM SORDIDATI: Magni
tanto sunt offendiculo, ac præsertim Conuenticales, ut hi omnes
iudicentur digni, qui aboleantur. Quemadmodum & in Admonitione
torum sedis Apostolicæ, ad Patres in concilio Trid: habetur: sacerdotes
dignis conferri, & illis, qui nihil à Laicis, præterquam in vestis gen-
ne in hoc quidem, differunt, dari. Hos autem, inquit Hispanus, legi-
" esse & fuisse ministros, per Apostolorum successores constitutos, negare
" iuramentum est maximum. Quibus addit: Porritne tot seculis Ecclie
" legitimis ministris careret? Non magis certè, quam funditus interire
" quod est impossibile. Nam qui dixit: Ego vobiscum sum vsq; ad, &c.
" etiam in Ecclesia posuit quosdam Apostolos, &c. Respondco, Verum
mansit Ecclesiasticum ministerium semper in Ecclesia, sed corrupte senten-
tia Scripturæ S. cultibus deprauatis, Sacramentis profanatis, &c. De-
ferri

Ad paulum. 3.

Fol. 108.

erimus fuit & corruptissimus Ecclesie status superiorum temporum
 aliquot seculis: sicut & Christus prae dixit, & Apostolus est vaticinatus,
 de tenebris & errorum efficacia. Quod verò negat id Hispanus, inquit Fol. 109^o
 ens: Nimirum corpus est Ecclesia Christi, quod neq; cacum est vnquam,
 etiam omnibus oculis, hoc est, pastoribus & Doctoribus. Respondeo cum
 Prophetas de populi Dei Doctoribus & pastoribus dicente: Speculatores Isa. 56^o
 eius OMNES COECI: Ideo Deus propter errores, caecitatem, & Idom
 lemaniam, legitimorum Pontificum & sacerdotum, singulis temporibus,
 Prophetas excitauit, qui populum, ab illis seductum, ne penitus periret illo
 rum incuria, malicia, perversitate, impietate, in viam renocârunt: sed ab
 illis ordinarijs & legitimis Aaronis successoribus omnes etiam sunt occisi,
 quod & Christus & Stephanus illis exprobrant. Quod & hæcenus à Matth. 23^o
 Papatu scilicet & accuratè est factitatum. Et omnino, iam aliquot seculis, Acto. 7.
 idem plene fuit Ecclesie status, sub Pontificibus Rom: qui in populo Dei,
 ante Christi aduentum, nisi quod Pontifices summi & sacerdotes pleriq;
 fuere impij Sacrifices, qui tantum obtulerunt Sacrificia (quemadmodum hodie
 die Missifices Sacrificucuculi) Scribe & Pharisei, seductores populi, qui
 nec legis nec Euangelij doctrinam intellexerunt, sed corruerunt omnia,
 nihil de Christo, quem mundanum fore regem somniabant, sed tantum de
 Sacrificijs, ut ea cumularent, differentes: & nundinationes in templo ex
 crebant: retinentes interim circumcissionem, Mosens, & Prophetas, quos
 legabant sine intellectu & mente, pluris suas, suorumq; Maiorum, facientes
 Traditiones, quam præcepta & legem Dei: Christum & Apostolos eius
 persequentes, occidentes: errores nullos volebant agnoscere, cæci cæcorumq;
 Dices, &c.

Probo hic ad omnes pios, doctos, remq; intelligentes, an non idem
 fuit superiorum temporum status Ecclesie fuerit, ut ouum ouo tam simile
 magis, quam hæc illorum. De sacrificijs dixi iam antea. Pastores fuere
 & Doctores instar scribarum, Monachi instar Phariseorum, Romani Pon
 tificum cura suis purpuratis, illorum Pontificum & sacerdotum summorum
 instar. In hoc solo differentes ab his, quod ordinatione diuina hi erant vo
 cati, & diuinitus facientes. Quorum isti nihil habent.

Legunt pastores textum Euangeliorum, ut Scribæ Mosens in synagogis. ada

administrarunt Sacramenta, sed vel confpurata, vel mutilata. Sed postquam illi sacramenta sua admiscuerunt, à quibus Christus sibi suos cauere voluit, ita hi quoque omnia corruerunt. Verum omnibus temporibus, Deus semper, immensa bonitate, aliquos excitauit pios doctores, qui Paparum erroribus, Idolomanie, & impietati contradixerunt. Sed hi ut heretici, ita madnodum olim Prophetae, occisi sunt ab Antichristianis Pontificibus, & crudelissime exusti. Interim Deus semper sua sibi septem referentia millia, qui genua non curuauerunt Baal, quemadmodum temporibus in Israel, corruptissimo Ecclesie statu.

Fol. 110. Quod verò Hussita clam, quasi furentur, à vestris ordinationibus, male persuasi faciunt, si faciunt. Nos à vobis Antichristis certum rem huius, si scias, nunquam petemus, nec publice, nec clam, quod tantum ad impas & abominandas Missas celebrandas, Christum crucifigendum, ordinatis, cum quibus, progenies viperarum, igni in cruciabitini perpetuo, nec inde vos unquam, si milles, & decies millies plures Missas faceretis, nisi respiscatis, euadetis, aut liberabitis. Habes, Hispane, quid de legitimis, quos tu sic vocas, Sacrificulis sentias vestris.

Fol. 112. Refutaturus mea argumenta, quibus probaui, Sacrificulos in sua corpore & sanguinem Christi non habere: primum, quod Christi substitutionem non seruent: Hic concordari argumenti mei conclusio vult, eum eo: quod Lutherus, teste etiam Schmidelino Concordista, & qui ista (sic Reuerendum & clarissimum Virum, deq; Ecclesia Christiane merito, Hispanus, ad omnia recte dicta & facta calum in antiprauandum, & perdendum, Deo irato, natus appellat) committit omnipresenciam Christi ubiq; adeo coniunctam esse cum eius Maestate, ut, etsi nunquam Christus dixisset, Hoc est corpus meum: Crederemus contra Sacramentarios deberemus ipsum in pane, adeoq; in Eucharistia suaapte Maestate presentem adesse. Certè, si hoc verum est, quomodo faceremus quod Christus voluit in Eucharistia celebratione, nisi Christum in pane & vino presentem haberemus.

Hypocrita, haecenus nostras nobis obicistis dissensiones, propter quas nec nos Dei Ecclesiam, nec doctrinam nostram ex Deo esse, vocatis. Nunc cum per Dei gratiam Concordia pulcherrima, atq; in

rea coelesti consensus pius sit factus, in quo vtiliter D. D. Iacobus Andrea
 laboravit: cum aliter non possis, lingua tua venenata Concordiam eum
 appellas, & vbiq; istam. Pessimè stabella ista Satanae habet, quod, per
 Dignitatem, pacem, & Concordiam, & Veritas, se mutuo osculentur, ut scilicet
 declarent se beatos esse, qui a pacificis.

Quod, verò vbiq; istas nos vocat, quia Christo Domino nostro
 hanc tribuimus Maiestatem, quod etiam secundum humanitatem suam vbiq;
 presentem esse nobiscum statuimus: Et antea sciebam, vos Pontificios non
 procul à castris Caluimistarum abesse, Christoq; hominis & Dei filio, non
 multo plus tribuere Maiestatis, quàm Alcoranum Turcicum. Ideo, nescio
 quid de eius ascensu & descensu nugamini, & alia non tam puerilia, quàm
 impia, cuius rei copiosorem translationem, tempus & locus non admittunt.
 Ceterum quod ad Lutherum attinet, est Sui dignus non sit, ante quem
 Margaritae proiciantur: tamen intrepè dico, rectè de Christo hominis
 filio, in unitate personae à filio Dei indissolubiler assumpto, atq; ad dex-
 tram eterni Patris collocato, docuisse Lutherum, non quidem crasso & lo-
 cali modo, sed coelesti, spiritali, & supernaturali, ratione ea, qua collo-
 catus est ad dextram Dei, quae vbiq; est, in caelo & in terra (aut neget hec, si
 audeat) presentem vbiq; adesse, sicut & se effuturum promisit. Ve: um
 hoc addidit: Non vbiq; apprehendi, ideoq; tibi non adesse, audis Esauita:
 Sed illic tantum, vbi se suamq; presentiam determinauit suo ve. bo. Atq;
 ita diuersum esse statuit Maiestatis generalem presentiae modum, alium Sa-
 cramentalem: quo etiam in Cæna, obseruata ipsius institutione, adsit Hanc
 cum non obseruetis in Missis vestris, quod hactenus ad oculum demonst-
 ratur. Ideo nihil in eis, præter panem & vinum habetis. Nam quod multis
 verbis prædicat, distinctè satis se probasse, nihil in institutionis mandato, à
 Christo dato, se in Missa sua prætermittere: verba sunt, aut potius &
 veritas mera ac pura, puta Hispani gloriosi mendacia, quod in superioribus
 demonstratam. Sed ipsummet audire præstat Lutherum, verba sua so-
 leniter, sententiãq; explicantem. Ita autem scribit: Post hæc dicta, for-
 tissimè ad me alij fanatici, qui me in verbis aperire conabuntur, & di-
 cent: Quid sit corpus Christi est in omnibus locis, agedum deuorabo &
 bibularo ipsum in omnibus hospitij, ex omnibus scutellis, poculis, & can-
 tharis. Si enim nullum est discrimen inter meam & Christi mensam, im-
 mane

Tom. Vuittem-
 berg. 2.

mane quàm egregie ipsum deuorabimus. Nos enim fuites Germani
 magna ex parte tam detestabiles porci, ut nec modesti, neq; honesti
 nem habeamus, &c. Et post aliqua. Audi ergo tu porce, Canis, sanitate
 quisquis fueris (Hispane Sauita) insulse asine: Etiam si corpus Christi
 omnibus locis, non tamen tu statim ipsum vel deuorabis, vel belluaberis
 attinges. Nec ego tecum de his rebus colloquor, sed abigo te in harum
 porcorum, aut in tuum sterquilinum (Hec tibi quod dicta, Hispane, puta-
 rà dixi, quòd dextra Dei sit quidam in omnibus locis, interea autem sit
 nusquàm. Et sit incomprensibilis, supra & extra omnes creaturas. Dis-
 inter suam presentiam, & tuam attingentiam. Deus liber est, & non cap-
 ubiunq; fuerit, nec potest ita vinciri, aut catenis ligari, quemad-
 malefactor quispiam è publicis vinculis ostentatur. Considera mihi
 solis hi sunt tibi tam propinqui, ut perstringant tibi oculos, & caten-
 quasi pungant, & tamen non potes eos manibus apprehendere, ung-
 lam includere, etiam si diu multumq; palpaeris, impedire quidem
 ne per fenestram splendean, palpare autè & apprehendere non potes.
 de Christo sentiendum est: qui etiam si sit presens, tamen non fini-
 tuà libidine tangi & apprehendi. Nouit enim se ita explicare, ut
 tùm putamen retineas, nucleum autem non apprehendas. Quid ita
 aliud est, Deum esse presentem, aliud, Deum tibi esse presentem.
 autem tibi presens est, cum addit verbum suum, & eo sese alligat.
 Hic me inuenies. Cum igitur habueris verbum eius, tunc potes eum
 apprehendere & tenere, ac dicere: Hic teneo te sicut tu ipsa affirma-
 nis Lutherus.

Hic autem mihi vicissim interrogandus es Sauita: Cur hanc doctrinam
 de Maestate & omni presentia Christi, damnes? cum & Apostolus
 eam adstruat, Eph. 1. Christum datum esse Ecclesie caput super
 quæ sit corpus ipsius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus implet, ian-
 ibi: 4. cap. Qui descendit, ipse est, qui & ascendit super omnes cæles, &
 OMNIA ADIMPLERET. Non de Scriptura hic loquitur, sed de
 supra & infra, quæ omnia adimplet, id est, ubiq; presens est, iuxta
 promissiones: ubiunq; duo vel tres in meo nomine congregati sunt, in meo
 illorum sum. Item: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, &c. Et id
 sum ex vestro Theologica Veritatis Compendio colligi possit. Ita enim
 habet

abet: corpus Christi in Sacramento, totum est, sub tota hostia. Et iterum: *Compend. Theo*
 corpus autem Christi licet non sit ubiq; cum sit creatura, nec equari possit *logica veritatis*
 in huiusmodi, creatori: in plurimis tamen locis est totum, sub diversis *libro. 1. cap. 17.*
 hostiis, & hoc est propter unionem carnis ad verbum: Unde merito habet
 amplius, quam alia creatura, scilicet **Q VOD IN LOCIS PLVRIBVS**
SIMVL ET SEMEL POSSIT ESSE. Hacenus ibi. Quod si
 propter unionem personalem Carnis ad Verbum, corpus Christi, ut author
 loquitur simul & semel in pluribus locis esse potest, (quod verum est) qui sit,
 quod non in omnibus locis? An verò in plurimis tantum locis homo vnitus
 est personaliter dōyos, id est, filio Dei? Non verò in omnibus? hoc est, tan-
 tum in multis, sed non in omnibus? *Que ratio est diversitatis? Si enim con-*
cederetur suo corpore simul & semel in multis esse locis posse: necesse est,
ut eadem ratione in omnibus eum posse locis esse, vel vnitus concedas. Sed
hoc credere vel affirmare hereticum est quod videlicet alicubi sit diuinitas,
ubi non habeat secum vnitam humanitatem assumptam, eò quod sit vnio
personalis inseparabilis, & indissolubilis, adeò ut ne morte quidem sepa-
rari poterit.

In quam sententiam etiam Iacobus Faber Stapulensis Regius olim *Stapulensis in*
 Professor Partheniensis, excellens Philosophus & Theologus, ante annos *1. ad Cor. 12.*
 60. scripsit, cuius verba hæc sunt: Imò neq; Europa, neq; Asia, neq; Aphri-
 cas capax est plenitudinis corporis Christi: corporis, inquam, Christi, cui
 corpora nostra spiritali modo vniuntur, & ut sic dicam, incorporantur:
 quod caelum implet & terram. Est enim, vbiq; Verbum est. Nam Ver-
 bum Caro factum est. Quare verbum nunquam est sine carne, neq; Caro il-
 la sine verbo. Videte, ne corporalis imaginatio vos hic ledat, loca multi-
 plicata, spacia distendens, &c. Et iterum, post multa in hanc sententiam, hæc *Id. in cap. 14.*
 quoq; scripsit: Vbiq; sanè Christus est, Christus incarnatus est. Incar- *Ioan.*
 natus autem sine corpore non est. Et magna est fides, cognoscere, Christum
 corporaliter esse, vbi sacramentaliter est: Sed maior est, cognoscere eum
ABSOLVTE VBIQVE CORPORALITER ESSE:
 Non hoc est sine modo, fides autem que est absq; modo, maior est, quam
 que modum habet. Vides opinor, Hispane, quomodo argumenti mei
 conclusionem cum Lutheri doctrina, de hominis Christi Maestate

(quam vos Ubiquitatem, cum Cinglianis, seu Caluinistis, vocatis, & de-
natis) concordauerim. Quomodo autem tu vicissim, argumentum meum
quo nego, vos in Missa vestra corpus Christi habere, quod institutum
Cæne Dominicæ non seruetis, refutaueris, nondum vidi. Etsi enim
bis asseras, vos eam seruare: Ex collatione tamen vtriusq; Missæ scilicet
Cæne Domini, planè contrarium verum esse, apparet.

Fol. 4.
Disputat. con-
tra Missam
p. op. 123.

Secundum esse dicit meum argumentum, quòd ex initio Canonici
ui quædam, quibus isti panem nudum & Vinum merum, ante suam
orationem, Deo offerunt Sacrificia illibata, pro Ecclesia, pro se suisq;
redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis suæ.
Non intelligens Hispanus meam intentionem. Nequaquam enim à
consilio sunt producti, ut ijs probare velim, istos in sua Missa non habere
corpus & sanguinem Christi (quod alibi, & alijs facio argumentis) Sed
stendendam atrocitatem seeleris, & prophanationis vnicuique propiciatori
crificij Christi, quòd vbi verba mea habent, illud in cruce semel per
(quantum quidem in ipsis) annihilent, suisq; ficto isto Missæ Sacrificij
minibus, in eo, panem & Vinum adhuc existentia, (quod inficari nò possunt
loco corporis & sanguinis Christi ostentantes, illudant, Deoq; Panem
trudant. Vbi Hispanus ringit se, & alias atq; alias Doctorum suorum
verborum istorum interpretationes, ait, vbi panis nudo, merog; Vinum
consecrationem, ista, quæ iam ex canonis initio protulimus, tribuunt.
Vrtaat se in quascunq; voluerit firmas, excusent illa, mitigent exor-
glosseratis, nunquam colores inuenient, quibus iurpissimum istum erro-
& in Christi Sacrificium vnicuique propiciatorium blasphemiam, qui-
nihil efficiunt, cum verba & res manifesta (repeto Hispane, quia verum
Vbi enim textus & verba manifesta sunt, interpretatore peregrino
opus) in contrarium sint, dicentes supplices rogamus & petimus, ut
ta habeas & benedicas hæc munera, hæc sancta Sacrificia illibata, In
que TIBI OFFERIMVS, pro Ecclesia tua sancta Catholica. Memores
mine famulorum tuorum N. & N. &c. pro quibus tibi OFFERIMVS, &
dicunt, offerimus tibi Hæc non solum stultitia est, & inscitia, sed etiam
pictus, & ἀπρόληπτα Creaturæ panis vulgaris tribuere, quòd est
Christi Mediatoris, placantis suo Sacrificio iram Patris cælestis, & peccatis
explantis.

Sic & tertium colligit meum argumentum, ubi nihil minus ego quem *Fol. 117.*
 hoc ago. Videantur propositiones, quas in margine citat, in quarum priori *Propositi. 36. 37.*
 tantum ostendo, quod referenda sint verba: Hoc FACITE in mei commemora-
 tionem, nempe, ut Paulus est interpretatus ad mortis ipsius annunciationem.
 Sicut & Hierony: ea interpretatur in suo commentario super illa: In hoc
 Saluator & tradidit Sacramentum (non dicit Sacrificium Missæ) ut per
 hoc semper commemoremus, quia pro nobis est mortuus. Nam & ideo, cum
 accipimus à Sacerdotibus, commemoratur, quia corpus & sanguis est Christi,
 & beneficijs eius non existamus ingrati. Hæc longè alia est, quam Hispani
 sacrificiuculi, horum verborum interpretatio. Sicut & Chrysost. Super
 eadem verba: Accedis gratias agens pro his, quibus frueris. Commemora-
 tionem Christi facis, Domini tui memoriam celebras. Nullo verbo vel sacri-
 ficii, vel oblationis, mentionem faciens.

In postero: i nego, hoc Pontificios in Missa sua facere, sed tantum mus-
 sitare, vulgo ignota lingua. Tamen si hinc quoq; verè id ipsum colligi possit.
 Nam quod Hispanus dicit, se ex Augustino docuisse, annunciationem illam,
 non voce solùm publicam, sed in primis facto ipso fieri debere: falsum est, ut
 supra monui: Sicut videm timide admodum dixit Hispanus, colligi id ex Au-
 gustino posse. Iam perinde ac si demonstrasset, abutens suorum Lectorum
 benevolentia, docuisse se ex eo impudenter gloriatur. Nos verò contrà, de
 publica accipiendum esse prædicatione, commemorationem istam Christi,
 cucimus, & minime de histrionica gestulatione.

4. In hoc quoq; Papiolas non servare Christi institutionem dixi, *Fol. 117.*
 quod soli bibant ex calice Sacrificuli: Sed quid ad hoc Hispanus? In hoc nihil
 contra Christi præceptum peccari, dicentis: Bibite ex hoc omnes, respondet.
 Quia omnes, significat Hispano Sacerdotes, cuius meritò pudere Pontificios
 debet. Sed quasi Tyrannidem suam, ut in miseros homines, bestia ista
 accret: ita undem sibi sumere & exercere in vocabula cupiunt, ut
 contra naturam suam significationem id denotent, quod ipsi volunt, cuius si-
 militudinem si audirent à quoquam, nisi ut à Pontifice, qui potestatem
 habet ex nihilo aliquid faciendi, & Dominus est Papa Præstam etiam
 Commatici: Ita Jesuitæ, eius creatura, cogere cupiunt, & sub suam redi-
 gere potestatem, vocabula, quod sonent & significant, quod ipsi volunt. Atq;
 ita omnia agunt levisite isti. Hanc novam & peculiarem Papiariam
 esse dixi.

esse dixi Grammaticam, quam Apostolus ignoravit, cum Particulari, ad totam refert Ecclesiam, in qua non omnes sunt. Ecclesia non in stru- numero pauciores, illi vero Laici plures. Hos omnes, non solos sic bibere iubet omnes. Quod cum non faciant Papsie, neglecto hoc mandato, & contrariam (quod supra confessus est) Ecclesie dispositionem obseruent: Non habent in sua Missa corpus & sanguinem Christi tificij.

Quintum meum colligit ipse esse argumentum, cur neque in Missa habere corpus Christi, quod consecratio ipsorum sit magia, nec hic quidem meum vidit scopum. In ea enim propositione, qua ultima, simpliciter inquam istorum damno Phantasia, qua imaginem non nisi per Sacrificulos, ad hoc peculiariter consecratos, peculiari habitu, conceptis verbis, murmure quodam, imò anhelitu peculiari, tanquam vi quadam Spiritus Sancti, recitatis, corpus Christi conficit ex pane, illud conuertatur & transubstantietur. Hanc dixi, & dico, & quoties volet Hispanus, Magicam esse consecrationem, aut si in auctore stitiosam incantationem, qua præter & contra Dei ordinationem sine legis naturalibus, vi verborum, vi Magi & incantatores, certis characteribus, crucibus, & alijs gesticulationibus, peculiari habitu, ceremoniis, ceptisq; verbis (sic enim legendum erat, & non corruptis verbis, quæ est Typographicus) quibus similiter Magi in suis incantationibus transubstantiam panis in corpus Christi se transmutare autumant. Sed quæ panis est, quod instar immundi porci, qui agrum rapis constitum, ore mundo evertit, radices quibus ventrem suum repleat conquirens, videtur hunc inde, ex mea Disputatione, mala fide, argumenta colligi, quod verum in Missa sua illos nil præter panem & vinum habere: Cum scilicet & aperte dicamus: Veram Domini Coenam esse in qua panis & vinum in dispensationem corporis & sanguinis Christi, communicantibus distribentur & mors Domini annunciat, quæ, iuxta institutionem & mandatum Christi, ad celebrandam Coenam Dominicam sunt necessaria. Quæ cum in Missa Pontificia neutrum fiat, sed Sacrificulus omnia solus consumat, & clam musitet. Ideo corpus & sanguinem Christi, in præter illis angularibus Missis, minime habent, sed tantum panem & vinum, sicut vulgari & prophano rusticorum conuiuio.

verò Hispanus pro aris suis & focis dimicat, regnum enim suum euer-
 tit intelligit. Quare multus est & de multis disserit. Ad singula bre-
 uiter responsuri sumus. Nam primò, quod dicunt consecrationem Eucharis-
 ticæ solum Apostolis eorumque successoribus sacerdotibus commissam: non con-
 tradicimus, si de veris Ecclesiæ ministris accipiatur, sed quid hæc ad Sacri-
 ficulos, ad tria Missa consecratos? quod hominum genus fuit Apostolis
 innotuit, & in primitiua Ecclesiâ inusitatum, ut supra docuimus. Et
 quod illi prædicant. s. Verisimè magicos & incantatores, qui merè Laicè,
 hoc officij genus sacrosanctum obire frustra tentent. Eque Tertulliano,
 cum alia, non hæc quoque recitat: Nam & Laici (ubi per Parenth. sin ad-
 dit, sicut hodie facit Laicus Magistratus apud Lutheranos) sacerdotalia
 munera intingunt. Respondeo, Quæ & Unde nostra sit vocatio, supra do-
 cui, oleum Vestrum rancidum, tonsuram, coronas siue plattas Vestras, &
 charactere, non modò non curamus, sed abominamur. Et quis, obsecro
 Hispane, Ambrosio Episcopale manus iniunxit? Nunquid communis totius
 populi vox eum eligens? Et Nunquid multis seculis Imperatores Romani
 Germanicæ, Episcopos Ecclesijs præfecerunt, pro suo arbitrio? Donec per
 tyrannidem, & non absq; multa sanguinis effusione, porissimum autem ful-
 mine excommunicationis, Romani Pontifices Antichristi, ius hoc Ecclesiæ
 & Imperatoribus pijs, vi per & tyrannidem eripuerunt.

Fol. 119.

Fol. 119.

2. Sacrificulorum initiationem non magicam esse, quod certis cere-
 monijs constet, nisi fortè Apostoli Magi fuerint, quòd ieiunantes & orantes,
 manus suis imposuerunt, quos ministerio Ecclesiastico præfecerunt. Respon-
 deo, Valdeè ridiculus. Quid hoc ad Sacrificulos, qui ad Missas tantum de-
 uotum mandas consecrantur? Apostoli enim eorumque successores, Pastro-
 res & Doctores Ecclesiæ ordinârunt oppidatim, non signauum fucus pecus
 præsepibus arcendum Sacrifices &, num preces & ieiunia idem tibi
 Hispane, quod vestra vinctio, quæ oleo fit rancido?

Fol. 120.

3. Chryma ex Cypriano probare vult. Audimus quid Cypri-
 anus dicat, scimus & hoc, alios ad Apostolos authores referre, quo-
 rum traditio, Christumque ipsum à Coena vltima eius consecrationem do-
 cuit. Caterum figmentum hoc eadem facilitate rejicitur, quia asse-
 ritur. Et Cyprianus hoc ipso loco rectè originem ostendit, nempe
 ex lege Mosaiæ: Damnat, inquit, circumcissione & Sacrifi-
 cijs

Non ergo à Christo. aut. Apostolis. Sacrificijs Iudeorum, GENERALI SANCTORVM SENSU, unctionis mysterium Christianam Religionem non contentum non solum in Regibus & Sacerdotibus (ut in Veteri Testamento) omnem populum Catholicum, effusa est huius gratie plenitudo. Et sic Christus à Chrismate dictus est, eo quòd singularis excellentie oleo unctus Deus: ita & participes eius quot quot sunt, consortes sunt, tanquam uncti Chrismate Elementari: sed à S. S. quem accepit non ad mensuram: sed plenitudine eius, super eum effusa, Christus, id est unctus dicitur. Sic nos etiam Christiani, propter Spiritum sanctum, qui unctio dicitur, quem accepimus à Deo, (si quis enim spiritum Christi non habet, is non est eius) et ab axungia Pontificia, dicimur.

Multa etiam de Characterè indelebili, quem potestatem esse dicitur. Pol. 123. ritualem, quam in consecratione accipiunt, ut possint ex pane conficere, de nōq; transmutare in Corpus Christi, nugatur. Idq; probare conatur verbis Apostoli, Timotheum admonentis Gratie Dei, quæ in ipso sit per unum impositionem. Magnam potestatem esse necesse est, qua in dolo Asinus, qui non potest perfecte legere ex prescripto: idemq; sepe ad tractum Missas celebrans ordinatus, conficere sibi potest ex pane Corporis Christi, quod offerat, ut animas illa liberet ex Purgatorio. Hanc scilicet in Thimotheum contulit gratiam, ut egregie posset Missificare. Ote magis ridiculum, sed absurdissimum, adeoq; stolidum hominum, cum bestia Characterem. Characterem autem Gabriel magnifice commendat his verbis: Minimo consecrati, qui nōq; verbis, contextum consecrationis formant, contra intentione proferentes: eundem Virginisq; filium ADVOCANT. Quidam corporaliter, in sacrificium & criminum purgationem. (admodum scilicet Numa Pompilius Iovem suum Elicium magicis caribus de cælo deucasse scribitur.) Et iterum: O v. n. r. a. n. d. a. Sacerdotum dignitas, in quorum manibus, velut in Vero Virginis, filius Dei incarnatus est. Huiusmodi. idem: Qui creavit me (si phas est dicere) dedit mihi creare se. Et qui creavit me sine me, creatur mediante me.

Gabr. super Canon. Missæ. lect. 4. En magiam Pa-pisticam in Missa. TIDIE corporaliter, in sacrificium & criminum purgationem. (admodum scilicet Numa Pompilius Iovem suum Elicium magicis caribus de cælo deucasse scribitur.) Et iterum: O v. n. r. a. n. d. a. Sacerdotum dignitas, in quorum manibus, velut in Vero Virginis, filius Dei incarnatus est. Huiusmodi. idem: Qui creavit me (si phas est dicere) dedit mihi creare se. Et qui creavit me sine me, creatur mediante me.

Mirum igitur est minimè, adeo superbire sacrificulos, cum sitis solum, ut reliqui homines, Dei creatura, sed ipsius etiã Dei creatoris, Creatores, & non solum Missifices, sed etiam Christifices. Et quoties tot innumeris

uentis millibus Missarum celebratis, Christus iam est incarnatus? Quod
 simplices & miseri heretici semel tantum factum credimus, ideoq; meri-
 to ab istis Hæreseos damnati, quod hunc decimum tertium symboli Apostoli-
 ci articulum non credamus. Sed in vicissim, Hispanæ, cum tuis istis Chri-
 stibus Inarnatoribus, cumq; tuo characteres, abi, quò dignus es, in malam
 crucem, Carnifex Christi semel Crucifixi.

5. Corrupte eos & mutilare Verba institutionis, ex Canone ap- Fol. 125.
 pare, in quo plurima sanè habentur, quæ nec in Euangelistis, neq; apud Apo-
 stolum extant. Rursus præmittunt Verba illa: Quod pro vobis datur, qui-
 bus de præcipuo Cœnæ Dominicæ vsu admonemur. Sed parum refert, in-
 quit, siue illa Verba proferantur siue non proferantur. Quia quod vo-
 lunt isti, sanctum est: addere illis licet Testamento Domini, quod visum fue-
 rit, sicut etiam adimere & omittere quod libet. Nulla habitatio, quod
 Spiritus Sanctus vè minatur addentibus aut detrahentibus verbo suo.
 Nà quod dicit, semper ab initio velut à Christo prolata vsurpauit hæc Ver-
 ba Ecclesia, sic ab Apostolis edocta. Quibus addit, cui si non credit Heer-
 brandus, obsecro quò prouocabit? Ad Scripturam ne, ex qua certius, quæ
 fit in consecratione calicis vsurpanda forma, discamus? At in hoc certè
 cause genere, non solum Hæreticæ, vt in cæteris, verùm etiam stultissima hæc
 foret appellatio, cum aliter atq; aliter spectantia ad calicem Euangelistæ &
 Apostolus retulerunt.

Mirari satis nequeo Bestiæ istius ferociam, quòd ad Christum ipsum,
 & Apostolos, formam istam Verborum consecrationis, in Canone ipsorum
 descriptam, referre audeat: Cum Verba institutionis, ab his descripta ex-
 tant, à quibus omnibus Canon variat, additis quàm plurimis, & præcipuis
 etiam omisis, quod supra est demonstratum. Sicut & Clichtoneus Parrhi-
 sensis testatur, inquit: Et alij summi Pontifices, diuerso tempore, alias
 ipsi Canonis particulas adiecisse prius compacti traduntur, instituisse cæ-
 remonias, in ipso Missæ Canone à sacerdote sacra faciente, obseruandas: Hic
 autem parum retulerit, siue ex quocunq; Euangelistarum, siue Apostolo
 Pauli siue ex omnibus illis quatuor, collecta Verba institutionis recitentur,
 modo Christi seruetur institutio. Sed quod Hispanus illis conceptis verbis,
 cum usquam in S. S. hac forma habeantur, vt in Canone, vtendum omni-
 no cogit, hoc ipsum esse magicum pronuncio, ex causa iam dicta.

H

6. De

Fol. 16.

6. De Vestibus quoq; Aaronis multa nugatur, cum ego tantum
 noplum Missaticam riserim. Quod si ergo Aaronis vocare non libet,
 Leviticis vocetis, quod facitis. Porro quod Ceremonia impositionis
 num utimur, in ordinatione ministrorum Ecclesie, adiphoram per
 se sciat. Apostoli eam retinuerunt, nos quoq; liberè ea utimur. Scien-
 enim est, ministeriam non esse effiax propter Ceremoniam istam exten-
 sed propter institutionem diuinam.

Fol. 128. 7. Transsubstantiationis seu conuersionis panis in Corpus Ch-
 ristum, sanctos Patres ex Christi verbis & institutione luculenter
 vere ait. Euseb. Emisenus, inquit: substantia illic est panis & vini, post
 Christi, est corpus & sanguis Christi. August. Ex substantia panis &
 mysticè idem corpus Christi consecratur. Rabanus. In Sacramento
 nomine Christi corpus & sanguis conficitur. Item: Verè hoc fit, quod
 est: Hoc est corpus meum. Respond. His omnibus & singulis, alijsq; san-
 ctis Patrum testimonijs, nequaquam delirium & idolum probatur
 cium, nempe conuersio panis in corpus Christi, ut substantia panis uni-
 plus remaneat, sed tantum accidentia illius. Hoc enim si recentius con-
 tum, ignotum erudite vetustati per multa secula, usq; ad Caroli Magni

Bertramus lib. de corpore & sanguine Christi. pora, annos circiter 800. Vbi demum emer-
 sit, sed tum statim à Bertramo presbytero Gallo, solidis argumens refutatum. Sicut eius sonam ver-
 bundum creaturarum substantiam, quod fuerunt ante consecrationem, post
 postea consistunt: panis & vinum prius extitere, in qua etiam species
 secreta videntur. Item: Ille panis, qui per sacerdotis ministerium corpus
 si efficitur, aliud exterius humanis sensibus ostendit, & aliud interius
 lium mentibus clamat. Exterius quidem panis, quod ante fuerat, firmum
 tenditur, color ostenditur, sapor accipitur. Ast interius longè aliud,
 preciosius, multoq; excellentius intimatur. Quia cœleste, quia diuinum
 Christi corpus ostenditur, quod non sensibus carnis, sed animi fidelis
 m, vel aspicias, vel accipiat, vel comedatur. Sic etiam de vino loquitur.

Gelas. Pont. Ro. lib. de duabus naturis in Christo. militer & Gelasius: certè Sacramenta que sumimus, corporis & sanguinis
 Christi diuina res est, propter quam, & per eandem, diuine efficiuntur
 sortes nature, et tamen esse non desinit substantia vel natura panis & vini.
 Et quamuis panis & vinum, Spiritu sancto perficiente, in diuinam trans-
 eant substantiam: permanent tamen in suæ proprietate nature. Quare

quod in Christo due nature inconfuse permanent. Quem locum et
 Hispanus mirabiliter deprauare, in aliamque sententiam detorquere cona-
 tus sit alibi: Tamen similitudo unionis personalis, duarum in Christo natu-
 rarum ita manifesta est, ut vim sibi afferi non patiantur. Quemadmodum
 enim in Christi unione personali utraq; manet natura, neutra in alteram
 conuertitur, ita in Eucharistia unio est Sacramentalis rerum duarum diuersis-
 simarum, quarum neutra in altera conuertitur. Huc pertinet & Theodoretus *Theodoret. Dia-*
 testimonio, quod & in Disput. contra Missam attuli. Quia verò manifesti- *logo 1. Propositio.*
 us est, quam ut à Sophista corrumpi potuerit, ideo dissimulauit. Quare repeto. *ult.*
 Qui enim naturale corpus suum frumentū & panē vocauit atq; ita seipsum
 Vitæ nominauit: Idem ipse etiam, quæ videntur symbola, corporis &
 sanguinis sui appellatione honorauit. NON EQVIDEM NATU-
 RAM IPSAM TRANSMVTANS, sed adiciens gratiam Natu-
 re. Et iterum. Neq; enim signa mystica post sanctificationem recedunt à sua
 natura. MANENT IN PRIORI SVA SVBSTANTIA, & figura, &
 forma, & videri & tangi possunt, sicut prius Et Gabriel dicit, auctoritate *Gabriel super*
 tantum Ecclesie, & sanctorum Patrum, probari transsubstantiationem. Item: *Can. Missæ, lect.*
 Deus posset facere corpus suum presens accidentibus panis simul, & substan- *40.*
 tiæ panis: Itaq; panis non desineret, sed maneret cum corpore Christi, cum
 hoc nullam includat contradictionem, ut statim patebit.

Postea, circa annum Domini 1060 per Lanfrancum, & Magistrum
 Sententiarum renouatum, & ex cineribus erutum est: nec tamen passim re-
 ceptum, donec tandem per Honorium Papam, circa annum Domini 1226.
 & Urbanum 4. anno 1264. festo corporis Christi est confirmatum adora-
 tione, inclusione, & indulgentijs additis transsubstantiationis figmentum.

Ceterum quod ad Patrum testimonia attinet, quæ aduersarius produ-
 xit, nihil aliud ista volunt, quam, non nuda solum signa, panem scilicet,
 & vinum, quemadmodum Irenæus loquitur, et vinum, sicut alijs in conui-
 uio, sed ipsum Christum, quemadmodum Irenæus loquitur, et vinum, sicut alijs in conui-
 uio, scriberet in Coena Domini, sed ipsissimum Christi corpus & sanguinem, *Iren. lib. 4. cap.*
 sicut idem loquitur, Eucharistiam duabus rebus constare, terrena & cæle- *34.*
 sti, quod aliqui de mutatione loquuntur, non naturalem aut substantia-
 lem, sed sacramentalem intelligunt.

Quod igitur calūniator dicit, nos nec posse, nec velle conuertere in Coenapa-
 nis corpus Christi, quia non Catholicè sed hereticè Eucharistiā celebremus. *Fol. 132.*
 Aliqua verè fieri, quod Rabanus testetur, id q; dictū est, Hoc est corpus meū.
 Non hoc

Non hoc negamus: sed delirium monstruose transubstantiationis: & Quod
 ane metamorphosos figmentum: negamus: quod videlicet vi consecra-
 nis Papisica & magica, panis conuertatur in corpus Christi, & in
 in sanguinem, ita vt nulla amplius panis & vini substantia remaneat
 tantum accidentia sine subiecto, quod & in Theologia & Philosophia
 surdum est.

Fol. 133.

Frustra ergo me flagellare cupit Sophista, quod dixi, recita-
 verborum institutionis, panem & vinum sacro vsui destinari, vt sicut
 poris & sanguinis Christi Sacramentum, vna cum signo EXHIBENTIA
 quod sonant. Vbi reclamante conscientia, malitia planè Diabolica ca-
 niatur, Luberanos cum Sacramentarijs esse concordés. Quid tamen
 ab hoc Sophista, calumniatore peruersissimo, potest, cum nos errorem
 solum Sacramentarij accuset, sed etiam concordés cum ipsi esse
 Quibus cum non ignorat nobis bellum esse irreconciliabile. Et nihil
 bolus esset, vidisset vtiq; quid inter nos & ipsos esset discriminis. Eius
 vocabulo signi vtamur, quemadmodum & Patres, Symboli: tamen non
 ipsi, nuda absentis Christi, sed EXHIBENTIA id, quod verba sonant
 EST CORPVS MEVM) diximus. Ideo nihil ad nos, quod magis
 VViclephi errore scribit, cum quo nobis nihil commune esse, omnes bene
 probè norunt. Et vt scias Hispane, quid inter nos, Sacramentarios, &
 Papiolas intersit, quod ad hoc negocium, paucis accipe. Vos non
 Eucharistia panem manere, & habere, ac vinum, sed horam substantiam
 corpus & sanguinem conuerti asseritis, remanentibus solis illorum acci-
 dentibus, absq; substantia. Sacramentarij, nolunt habere corpus & san-
 guinem Christi presentia, sed tantum panem & vinum, que nuda sunt
 bola vel signa absentis Christi, eiusq; corporis & sanguinis in eodem
 quodam loco. Nos vtrunq; retinemus, & adesse presentia credimus
 vinum, & cum his corpus & sanguinem Christi, secundum verba in
 nis, ab ipso factæ, de pane dicente: Hoc est corpus meum.

Fol. 134.

Quod verò ex Christi omnipresentia, quam asserimus, absente
 ligit, dicens: Sicut eadem vbiuitatis assertione cogimini, vt, quod est
 nè fanaticum, concedatis, illum etiam, qui vulgarem panem, non consecra-
 um, aut carnes, aut pepones, aut quouis aliud obsonium edit, humanitate

Fol. 136.

Domini, v
 de Euchar
 supra ad h
 ergo, tu p
 Hispane, t
 Christi, sit
 labris, v
 te in hara
 Luberus.
 nos cibus
 Et
 & confici
 negantur
 ficulis fec
 propter
 tum, quat
 tiam. E
 Nec pos
 guntur,
 sicut son
 Accipite
 Bibite ex
 bisq; add
 uerat, p
 scite in
 tum, nec
 um, & f
 putat ar
 Pe
 otis et
 pau
 plus, qu
 lauris,
 lero m at
 Domi

domini, ubiq; existentem, vna sumere, & edere, non minus quam is, qui
de Eucharista communicat. Ad hoc alio responso opus non est, quam quod
supra ad hanc calumniam Diabolicam, Lutherus dedit, inquit: Audi
ergo, tu porce, Canis, Fanatice, aut quisquis fueris (Gregori de Valentia.
Hispane, te enim quoq; appellat Lutherus) insulse Asine, etiamsi corpus
Christi, sit in omnibus locis, non tamen tu statim ipsum vel deuorabis, vel hel-
lueris, vel attinges. Nee ego tecum de his rebus colloquor: Sed ablego
te in haram tuam (Sauita) porcorum, aut in tuum sterquilinum. Hastenus
Lutherus. Hic nota, Hispane quantum, quamq; diu volueris, hic te dige-
ram cibum est, haec tua delicia.

Et quod ad confectionem corporis Christi attinet: quod ex pane fieri *Fol. 137.*
& confici, dicente Christo: Hoc & hic, de pane & calice, verbis illis quinq;
nugantur, & id Christum docuisse, dicentem: Hoc facite. Non ex Sacri-
ficulis fieri Christifices, aut sui incarnatores, vel potius arnifices: Sed ad est
propter suam institutionem & ordinationem, qua suam ad hoc Sacramen-
tum, quando legitime, vt a se est institutum, celebratur, alligauit presen-
tiam. Et ad totam actionem tum presentem, referuntur verba: Hoc facite,
Nec possunt nec debent aliter intelligi, nisi de ijs rebus, quae in Cena pera-
guntur, dantur, & accipiuntur, pane, vino, corpore, & sanguine Christi,
sicut sonant manifesta verba: Accepit panem, dedit discipulis suis, dicens:
Accipite, comedite, Hoc est corpus meum. Similiter & calicem, dicens:
Bibite ex hoc omnes, hic sanguis meus Nouum Testamentum, quibus vtro-
biq; addidit, Hoc facite, &c. Quid? Quod ipse tum fecerat, dixerat, insti-
tuerat, porrigens panem, dicens: comedite, Hoc est corpus meum. Hoc
facite in mei commemorationem. Non inquit offerre, Hoc enim non faciebat
tum, nec fecerat in Cena, sed, edite corpus meum, & bibite sanguinem me-
um, & facite hoc in mei commemorationem, hoc est, vt Apostolus inter-
pretatur, annunciate mortem meam.

Postremo, quod respondet ad verba Apostoli, sibi obiecta, panem vo-
cari etiam in ipsa actione & celebratione Eucharistiae, ideo dici: quia
panis videtur, quia vt panis reficit, quia ex pane confecta est. Et hic trium-
pho, quod hanc eius refectionem, in alijs contra me editis libellis, dissi-
mulauerunt, nec refutare potuerim. Respondeo, Quia everso nugamento de-
lato, in consubstantiationis Verbi Dei autoritate, & Patrum testimonijs.

H iij figmentis

Fol. 138.

Apologet. Hi-

spani. Fol. 32.

Apologet. Fol.
34.

figmenta ista, imò deprauatio & peruersio genuinae & nativae significationis Verbi, Panis, locum habere non potest: ideo responso opus non est. Cum vero responsum urgeat Hispanus, videamus, quomodo elidatur Verborum proprietate n. Hæc autem illic eius sunt Verba: Apostolus ait Heerbrandus, Eucharistiam panem: Sæpè iam est, & rectè, à Doctibus Catholicis responsum: in scriptura interdum eius rei uocabulo non aliquid cuius similitudinem refert, aut efficiendi virtutem imitatur, aut ex qua confectum est. Itaq; Eucharistia panis dicitur, quia ut panis dicitur quia ut panis reficit, quia ex pane confecta est. Respondeo, Quod ad hoc, Hispanus, Doctores attinet, opponimus illis in initio Apostolum Paulum qui Verba Testamenti descripsit, ideo simpliciter, & ut sonant, accipiuntur, non tropologizandum. Deinde in primitiua Ecclesia, aliquot seculorum Transsubstantiationis sui ignotum. Et pluris faciendos iudicatos est synceros, & erudite antiquitatis pios Doctores, Irenæum, qui Eucharistiam constare duabus rebus, Terrena & cœlesti. Quod si enim res esse desinat, non amplius est Eucharistia vel Sacramentum. Gelasius dixit: Non desinit esse substantia vel natura panis & vini. Theodoros qui sensit: Non naturam ipsam panis transmutari, sed manere in propria substantia, figura, & forma. Bertramum, dicentem: panem & uinum secundum creaturarum substantiam, quod fuerunt ante consecrationem, & postea consistere &c. Nihil his manifestius esse potest. Veritas itaq; in quascunq; uolueris formas, etiamsi pro eo mutabilior. Nec sequitur maxime interdum, ut Hispanus loquitur, in scriptura, eius rei uocabulum minetur aliquid, cuius similitudinem refert: ideo mox etiam hoc loco, pro panis similitudine accipi: præsertim cum absurdum sit, & omnino inane, non solum Philosophiæ, sed etiam Scripturæ Testimonio, figmentum Papisticum absurdissimum careat: quod Gabrielem confitentem ait aduocatum. Quid si solum accidentia panis adsunt, absq; substantia panis, & sine subiecto: Cum non per se illa possint subsistere, sed hæreant in subiectis illorumq; esse, sit inesse: Quomodo potest uideri illud accidens, cum subiecto careat & tamen esse non possit sine substantia, vel subiecto, cui inhaerent? ita nihil sit in rerum natura. Sic etiam non ideo panis dicitur ab Apostolo Eucharistia, accidentia illa uestra, quæ nusquam sunt in rerum Natura, & utopia, quod ex pane facta sit. An tu uerò, hominum absurdissime, absurdissona somnia & deliria uestra defendere uolens, Apostolum Paulum ita

ad Corinthios, quibus lac potum dedit, non escam solidiorem, eò quod non
potuerint capere, sed ne nunc quidem, inquit, hæc dum scriberet, apud homi-
nes simplices, infirmos, crassos, ita philosophatum, subtilitates istas, seu nu-
tas potius vestras proponendo. ut panem non panem, sed eius accidentia
intelligeret. Et propter similitudinē tantum quandam, & quia efficiendi vir-
tutem panis imitatur, qui reficit, & ex pane factus sit, Eucharistiam, panem
vobis cum existimaretis? Et quid de te audio, Hispane vel potius ex te? Num
ta ad id es ridiculus, ut accidentia illa ex substantia facta esse, & sic Chimica
quasi, nō quintā essentia panē transmutatū potes? Ne tu mirabilis es Chemicus.
Hæc pluribus forte quàm velles, Hispane, quia adeò nugas maximas & ca-
nendas, inò absurditates tuas stupendas urges improbè, dicenda fuere, ne
ta amplius gloriarī peccis, tibi à me non esse: responsum.

Quia verò perperò negat, quicquam à Christi institutione in sua facere
Missa alenum, hæc de causa Missam suam non vult fieri emissam Missa
fæ: ideo brevis, me subiiciendum, in quibus ab istis in eam peccetur.

Primum miser me, ut atuli lacrimas, verba institutionis Coenæ Do-
minicæ lacerant, adentes, que nullus habet Evangelistarum: Accipit, in-
quunt, panem in sanctas & venerabiles manus suas, & elevatis oculis in-
caelum, ad Deum Patrem suum omnipotentem. Item, cum dicitur: manducate
addant (ex hoc omnes) simili modo, postquam coenatum est, accipiens (hunc
precæ la um) calicem (in sanctas ac venerabiles manus suas) Item: hic est enim
calice sanguinis mei novi (& æterni) Testamenti (mysterium fidei) Sic & o-
mittuntur in consecratione post verba: Hoc est corpus meum (quod pro vobis
traditur) Quis homo hæc in suo seruat Testamento. An non enim talis viola-
tor Testamenti dicitur? Sacrifices verò dum conficere volunt corpus Christi
panem, in car nare, & id vi verborum Testamenti Christi: eadem mutant,
partem mutilantes & omitentes, partem verò plurima de suo addentes. His
conceptis verbis additis, & crucibus plurimis (quorum utrunq; est
magnum sicut & hostiæ fractio in tres partes) omninò vitandum est. Nec,
sunt istos, licet quicquam inferere, ne quidem Christi verba, que tum in
istis usurpavit: dicētis de suo corpore (quod pro vobis traditur) nihil
omittere prorsus sine grādi peccato, ne particulā quidē, Enī, cū tamē à Christi
fæ recitata. Qui vero sic? Quia sic Ecclesia, verba ista ordinavit, inquit *Innocent. de Sæ-*
cramentis altaris. lib. 3.
Hæc. Qui à audio? Ecclesia ne ista ordinavit? Atqui Innocentius 3. Papa *myster. lib. 3.*
scripsit: Gelasius. 52. primus à Petro, qui post sylvestrum vixit 160. annis, cap. 10.
creditur

creditur Canonem principaliter ordinasse. Gregorius autem primus Scholasticum quendam composuisse Canonem, quem precem vocat: Canonem, inquit, Dominicam ideo mox post precem dicimus, quia mos Apolorum fuit, ut AD IPSAM SOLAM ORATIONEM, oblationem suam consecrarent. Et valde mihi inconueniens vsus est, ut precem Scholasticus composuerat, super oblationem diceremus, & ipsam orationem quam redemptor noster composuit, super eius corpus & sanguinem diceremus.

Clichtoueus in Antiluthero in hæc scribit verba: Traditur Gelasii nominis primus summus Pontifex, ipsum Canonem præsertim compositum se atque coadunasse, ad quotidianum Missæ vsu, Leo vero primus adiecit. Vbi, cum recensisset, quid singuli assuerint Canoni isti, concludit. Et alij summi Pontifices, diuerso tempore, alias Sacri Canonis particulas iecisse prius compactis, traduntur, &c. Gregorius vero in vnum rededit ceremonias suorum antecessorum varias, Canonemque vocauit regulam, iuxta quam, siue Cæna Domini, siue Missa, celebratur. Sicut de se scribit: Græcorum, inquit, consuetudines secuti sumus, veteres nostras reparauimus, aut nouas & vtilis constituiimus Regule. 8. Epistola. 7.

Ecce tam verum est, (ut hoc quoque obiter moneam) quod Pontifices gloriantur, Missam suam, quam ipsi celebrant, hoc modo à temporibus postolorum durasse. Cumque sine Canone Missa celebrari non possit, verò quingentis totis annis à Christo non fuerit, constat, Missas Pontificum toto isto tempore non fuisse celebratas. Et quod siue Gelasius, siue Clichtoueus, Canonem istum consueverunt, id iam Ecclesiam fecisse. Quæ bona matrona, sicut priuatim in singulorum ædibus facit omnia.

2. Deinde, Christus instituit publicam actionem pro Ecclesia, quæ voluit uti cæna in publicis congressibus, sicut Apostolus inquit: Communicate vobis in vnum, accipite, inquit, comedite, &c. Vnde et Synaxarum communicatio dicitur, quem admodum etiam in Canone Romano habetur: Communicantes, & memoriam celebrantes. Sicut etiam in iure canonico dicitur: peracta consecratione, omnes communicent, qui noluerint exire liminibus. Sic enim Apostoli statuerunt, & sancta Rom. Ecclesia.

erret. Quid verò sacrificuli in sua Missa priuatim, in templorum suorum
 argeolis celebrant, & missam suam musitant, interdum solo presente ad-
 do, soli vorant omnia, & tamen verba Christi recitant: Accipite, comedite,
 sed, pro alijs accipere & comedere dicunt, quæ manifesta est impostura,
 cum institutione Christi apertè pugnant? Christus de Calice disertè dicit: Bi-
 bite ex hoc omnes. Item, diuidite inter vos. Et biberunt omnes. Sacrifices soli
 exhibant, neq; in Missa, neq; extra illam, cuiquã Laico porrigunt alteram
 hanc Cœnæ partem, sed tantum dimidiatum & mutilum Sacramentum,
 contra expressam Christi institutionem, quam Apostolus, ad Corinthios, de
 laica communione, repetit. Quare, aut vnde hoc? Hispanus respondet,
 sicut supra audiimus: Non possumus porrigere laicis Calicem. Quia Ec-
 clesia contrarium Christo disposuit. Quid? Ecclesia ne contrarium Christo
 disponeret? Vtiq; Sed quanam illa? Num Christi? Nihilominus, hæc enim obe-
 diens eius est sponsa, vocem sponsi & pastoris audiens: Verum malignan-
 tius, Antichristi, Diaboli Synagoga.

3. Christus viuis presentibus, accipientibus, comedentibus, & hoc in
 sui commemorationem facientibus, Cœnam suam, vt fidem inde confirmet,
 instituit. Pontificij in Missa mortuis, absentibus, qui neq; accipere, neq; co-
 medere, neq; cetui Ecclesiæ in terris interesse possunt, vt cum eis beneficia
 mortis & passionis eius celebrent, eam applicent. Quam ingens hoc discrimen?
 quantum scilicet interest inter comedentes & ieiunantes, inter presentes
 & absentes, inter tacentes & predicantes, imò inter viuos & mortuos.
 Quantum hic à Christi ordinatione receditur?

4. Christus vult in suæ Cœnæ celebratione mortem suam, interprete
 Apostolo, annunciari & predicari. Sacrificuli obscuro murmure, & sub-
 missa voce, ac secretò, vt ne quidem à proximè adstante adituo aut ministro
 mandari possint, neq; etiam, quia peregrina lingua dicitur, si maxime audi-
 mur, possent intelligi, verba Cœnæ musitant. Quod legibus etiam Imp-
 eratorum cautum est, quæ cum Christi institutione & Apostoli ver-
 bis resonant. Sic enim Imp. Iustinianus Petro gloriosissimo Magistro sacro-
 rum libet iubemus, vt omnes Episcopi pariter & presbyteri, non taci-
 to modo, sed clara voce, quæ à fideli populo exaudiatur, SACRAMEN-
 TUM, & preces in Baptismate adhibitas, celebrent: quomodo
 re ex hac deuotione, in depromendis Domini laudibus, audientium ani-
 mi esse

In Nouellis Tit.
 de Ecclesiasticis
 diuersis capitu-
 lis. Constitutio-
 ne 123.

mi offerantur. Ita enim D. Apostolus docet, &c. His igitur de causis conueniunt, ut inter ceteras preces, & ea, quae in sancta oblatione dicuntur, claues à religiosissimis Episcopis & presbyteris Domino nostro Iesu Christo Deo nostro, cum Patre, & Spiritu sancto, profertur. Scituris religiosissimis Sacerdotibus, quod si quid horum neglexerint, & in horrendo iudicio Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi, de his rationem reddent: nec haec cognoscentes, conuiescemus, relinquemusq; multa. Haec ibi. Sed & in ista turba, sex hominum sacrilegorum, neq; sibi ab horrendo iudicio Dei iudicio, sed ridet: Nec minus curat Magistratus Politici, à cuius sententia se exemit, cuiq; superbe insultat, imò colla eius pedibus sedantibus. Sicut & Innocentius 3. Pontifex. Rom. districtè praecipit, ut secularium linguarum diuersitates, Episcopi diuina illis celebrent officia, & Ecclesiarum Sacramenta.

De officio In-
dicia ordinarij.

5. Christus Sacramentum instituit, in quo ipse nobis suum corpus hibet uescendum, & bibendum sanguinem, quae pro nobis ipse in cruce stes obtulit Deo Patri caelesti, in odorem suauitatis Domino, quae uita aeterna ita placuit iram Patris caelestis, ut propicius remittat peccata uos in eum credentibus. Hoc isti in sacrificium conuerterunt & oblationem Deo offerant corpus & sanguinem Christi, ut sit sacrificium uere propiciatorium, pro peccatis uiuorum & mortuorum, pro quibus applicat eundem planè habeat effectum cum Christi sacrificio, quod in suo corpore peregit, in cruce. Quod si uerum esset, quod sentiunt, se in sua oblatione corpus habere Christi: tamen hinc non sequeretur, Missam esse sacrificium tale, quale isti praediunt. Quia ut maxime ipse sacrificium offerre: tamen non ipsorum intentio aut uoluntas sacrificium in sacrificium mutare, aut conficere potest, sed uoluntas instituentis obseruanda. Et longè essent Iudaeis, qui Christum in cruce suis egerunt crucibus, & pertinacia, qua Pilatum uerserunt, crudeliores. Hi enim, peccatissimi, tamen non ipsimet eum crucifixerunt, sed gentibus milibus prophanis crucifigendum tradiderunt. Sacrifices uerò isti, sicut uolunt sua opinione, incarnauerunt, in sua Missa, & creauerunt illi corpus eius: ita postea illum ipsam, quotiescunque celebrant Missas (quantum ad eum in ipsis est) crucifigunt, imò in tres partes & frustra discerpunt.

quodammodo aliis non nisi sceleratissimi, vel quatuor equis, in diuersum
 aliter, dilacerantur, vel in quatuor partes & frustra secantur. Non enim
 quem frangunt, qui a hunc remanere negant, in corpus Christi conuersum
 se nihilq; nisi corpus adesse, quod sub accidentibus lateat, asserentes. Acci-
 dentia aut qui a non sunt nec per se subsistunt, ideoq; in frustra & partes diuidi
 nequeunt. Quare, Hispani, vos omnium scelestissimos esse necesse est Chri-
 sticidas, latrones, occisores, crucifixores, toties Christum in partes &
 frustra dispercentes, quoties Missas vestras crudelissimas, execrata & sa-
 crilega excrementa celebratis. Ideo in Republica Christiana minus quam
 locum cum Missa vestra sacrilega, verbo Dei damnata, Deoq; abominanda
 ferendi.

Ex his pauca, ut alia omittam plura, que recensere possem, appa-
 ret, quomodo verum sit, quod iactator Hispanus predicat, & subinde repe-
 tit: in Missae celebratione, institutionem se Coenae Dominicae, à Christo
 factam, seruari, nihilq; ab ea alienum facere. Hoc tam verum est, quam men-
 dacium est veritas.

Probare conatur summa impudentia Hispanus, in Missa corporis
 & sanguinis sacrificium legitime, conuenienterq; diuinae voluntati fieri
 Sicut autem his, qui per vitra, colore ceruleo, vel tubeo, aliove, infecta &
 tracta, res oculis obiectas intuentur, omnia eodem colore, quo vitrum est
 infectum, apparent: Ita planè accidit illis, qui oculos mentis phantasia,
 aut imaginatione, vel opinione quadam imbutos, & infectos habent, que-
 cunque legunt, audiunt, cogitant, ad phantasias suas accommodant, pro
 suaq; opinione dicta imaginantur, & arripiunt. Hunc prorsus ad modum
 Hispani animum infectus est opinione praua, quam à suis accepit maioribus,
 in Missae sacrificio. Quaecunq; igitur etiam apertissima & manifestissima
 Coena Domini scripta, dicta, & facta sunt à Christo, Euangelistis & Apo-
 stolis, Missam Pontificiam, oblationem & sacrificium, sapere & redolere, ad
 impietatem stabilieudam dicta, facta, scripta, putat miser iste, & in
 sententia cæcus homo. Ideoq; in alio quodam meo contra ipsum scripto, *Explicat. can-*
oniarum.
 alicubi ei opus esse dixi, quibus acutius Scripturam sacram
 notatur: quibus dum vi non vult, & sequi sana consilia recusat, ni-
 hil nisi est in illo homine. Hoc fortè secum cogitans, quod hominis
 1 2 *contem-*

Fol. 41.

contentiosus, qui ex litibus & contentionibus viuunt, in causis forensibus, ta alicui lite iniusta & iniqua, vt de tunica alterius, ad quam nullum p- tus habent ius, tamen interdum fieri solet, vt improbè litigantibus & in- tibus, per transactionem, vel laciniam saltem, aut maneam auferant. Hispanus, improbè vrgens sacrificium Eucharistie, sperat, se n- scio qua- tenturum esse, dum iam sacrificij nomen refert ad rem ipsam offerre- iam ad actionem siue officium Sacerdotis, iam ad vtrung. Sicut in E- ristia & pro re oblata, corpore & sanguine Dominico, & pro actio- cerdotum, sumi asseuerat.

Fol. 142.

Sciat autem Hispanus, tantum abesse, vt Missam suam sacrificium concedamus, vt ab institutione Coenae Dominicae prorsus alienam, & uersam esse, ab hac, omninò actionem, statuamus: & Sacramentum esse, & ipsi concedere vel inuiti coguntur, à Christo institutum, nisi magis sacrificium. Iam autem tantum interest inter Sacramenta diuina & sacrificia, utrum inter dare & accipere. In Sacramentis enim Deus nobis aliquid obbet, quod nos accipimus, ab ipso exhibitum. Sacrificia autem sunt sacra- nes, diuinitus instituta, faciendae in fide, quibus nos Deo aliquid reddimus, quo & supra. Hoc non ignorat Hispanus. Ideò, sicut Diabolus, qui in- cem fugere dicitur, ita Hispanus sedulo cauet, ne dum Missam sumere vult esse sacrificium, Sacramenti, vel Coenae Dominicae, & actionem, haec vitans, tanquam scopulum marinum, Scyllam & Charybdis, perpetuò in ore habet sacrificium, de quo Christus ne gry quidem in- nae suae institutione. Et tamen, prestigatorum instar, vt nebulas in oculis & animis suorum, quia alia diuersa & contraria non audiunt, gerere permittuntur, caecus cecis se probaturum. Missae suae sacrificium, rit, nempe ex verbis institutionis: Hoc facite in meam commemorationem, varijs loci circumstantijs. 1. Quia verbum Christi: Hoc facite, & actionem, precedentia, non solum quae actionem tunc praesentem, sed etiam quae actionem futuram significarent, referri debet.

Fol. 144.

Resp. Nihil minus. Quia verbum facere, non simpliciter hic ponitur, & Christo dicitur: sed additur pronome, hoc, per quod ad praesentem tantum adstringitur, & id facere iubetur, quod tunc faciebant. Quod autem

est & Christus & Apostoli? Christus, ut manifestum est omnibus, nec ulla
 est dubitatio, quod clara sint verba, accepit panem, & dedit, cui? Deone
 Num obtulit? Sacrificium incruentum? Nullus hoc Evangelistarum scribit:
 Sed hoc dicunt unanimes, dedisse eum discipulis, dicentem: Accipite: Sed
 quid? Hinc Deo offerant? Nihil minus. Edite, inquit, & ut in Canone
 additur, ex hoc omnes: Hoc est corpus meum. Hoc & non aliud, etiam
 in posterum, eos vult facere, quotiescunq; Coenam Dominicam celebraturi
 erant. Itaq; ad tum presentem, verbum, Hoc facite, actionem pertinet, &
 nequaquam ad futuram postridie in cruce passionem, que longè ab illa fuit
 distantissima. Quod verò obijcit Hispanus: præcesserat autè inter cætera:
 Quod pro vobis tradetur, id est, dabitur, & offeretur in cruce. Primum
 meo iure uti possem, & dicere, nihil hæc ad Pontificios verba Christi, quod
 tanquam ad rem nequaquam necessaria, in suo Canone sint emissa, atq; ita
 Caietani ipsum suo morsu hæc elisisse verba & eliminasse à se. Sed mitto
 hoc. Et respondeo, descriptionem esse, & epexegetin præcedentium ver-
 borum, Hoc est corpus meum: ut intelligant quidnam in Coena accipiant,
 (nam quid Missifices in sua Missa accipiant, antea est demonstratum) nem-
 pe verum suum, & non allegoricum, non typicum, aut metaphoricum cor-
 pus, sed ipsissimum, quod postridie sit in mortem traditurus. Non enim
 tam offerebat incruento modo Deo Patri cælesti, ut nugatur Hispanus, &
 supra se conclusisse mentitur. Sed de incruento sacrificio paulò post. Ideo
 hæc circumstantia nihil ad Missaticum sacrificium.

Fol. 149.

2. Circumstantia Hispani: Quod Christus fieri iussit, ad sui commemo-
 rationem, ex ipsius facti similitudine, atq; representatione eius in cruce
 oblationem fieri imperavit. Hoc quod de gestulatione Histrionica, aut
 potius sima in Missa voluerit, imò noluerit Christus passionem in cruce
 factam, representari: ex Apostoli verbis, hæc Christi interpretantis, est
 præstatum sacerdotis: Mortem Domini annuntiabitis: quod de prædicatione
 accipiendum, ut docuimus. Non enim muti sumus. Nec mutus esse de-
 bet sacerdos in administratione Sacramentorum (ut paulò antè ex edicto
 Iulian. audivimus) quem etiam Pontificij consecrare non posse pro-
 mouent. Mutis opus est digitorum miacione, nos prædicemus mortem eius
 circumstantibus & communicantibus. Sicut paulò antè Rom. Pontificem
 aduocamus distinctè præcipientem, ut Ecclesijs, sua & populari lingua,
 1 iij Episcopi

Fol. 146.

Episcopi diuina celebrent officia, & Sacramenta administrant. Quare
 hec circumstantia ad Missæ Sacrificium quicquam facit.

Fol. 47.

3. Christi inquit in Cœna sese in cruce sub speciebus panis & vini
 no Patri Sacrificasse, non modò Cœlij Tridentini Patres, (quos mo-
 „ vnius facimus omnes) sed etiam Cyprianus, ex receptissima procul-
 sententia scripsit. Respondeo, cause dissidentia Hispanus, cum videat
 posse, quibuscumq; tandem circumstantijs collectis, efficere, quòd nullatenus
 beant verisimilitudinis speciem, ideo ad solitum & plausibile argumen-
 tanquam asylum, Patrum testimonia confugit, qui oblationis & Sacrificij
 Cœna Dominica mentionem faciunt, quod non ignoramus. Idq; ob me-
 rian passionis Christi, qui semetipsum obtulit in ara crucis, Sacrificij
 odorem suauitatis Domino, cuius Sacrificij vnicuique, in cruce semel peracti
 memoria in Cœna Domini celebratur. Et quia apud omnes populos, in
 nios, & olim Iudeos, atq; gentes, vsitatissimus fuit ritus Sacrificiorum
 oblationum, vt sua immolarent Sacrificia, ideo Patres retinuerunt
 tum vocabulum Sacrificij, & omnibus Novi Testamenti cultibus atq; opo-
 bus tribuerunt: inter quos cum Cœna Dominica principem facile obla-
 tionem, etiam nomen Sacrificij & oblationis retinuit propter etiam
 dictum est passionis Christi memoriam, que in ea celebratur. In qua
 sententiam & Magister Sent. scribit: Post hoc queritur, si quod
 sacerdos, propriè dicatur Sacrificium vel immolatio: & si Christus
 die immoletur, vel semel tantum immolatus sit. Ad hoc breuiter dici
 id quod offertur, & consecratur à Sacerdote, vocari Sacrificium & obla-
 tionem, quia memoria est & representatio veri Sacrificij, & sancte immo-
 lationis, facte in ara crucis. Et semel Christus mortuus in cruce est, & im-
 molatus est in semetipso. Quotidie autem immolatur in Sacramento
 Sacramento recordatio fit illius, quod factum est semel. Nos quidem illud
 quecumq; possumus, Patrum dicta benignius interpretari cupimus, ut
 institutione Cœne à Christo facte pugnent, quantum quidem salua fide
 Quòd si que durius vel improprie à Patribus dicta & scripta occurrerint,
 queq; cum institutione Cœne Dominice, à Christo facta, pugnant, aut
 nobis importunè ab aduersarijs obijciuntur: nos ea libè rtate, ad qua
 Christus nos vocauit, quamq; ipsi Patres vltè nobis concesserunt, mem-
 ne serui hominum videamur, & circumferri omni vento doctrinae
 Patres secundum Scripturas interpretabimur, non Scripturam secundum
 Patres.

Magister Sent.

lib. 4. dist. 12.

res: Sicut & Cyprianus, in hac eadem Epistola, quae nobis prima tan- Fol. 147.
 quam Gorgonis caput opponitur, dicit: Christum primum Deo Patri ob- Cypr. lib. 2.
 tulisse Sacrificium, & hoc fieri in sui commemorationem praecipisse, &c. Epistola. 2.
 Respondo itaq; prin- um, ex hac eadem eius Epistola, qua dicit, & mul-
 tas in hoc, crebroq; repetit, solum Christum audiendum & sequen-
 dam. Et inter cetera: Nam si in Sacrificio, quod Christus est, non nisi
 Christus sequendus est: utiq; id nos obaudire & facere oportet, quod
 Christus fecit & quod faciendum esse mandavit, cum ipse in Evangelio di-
 cit: Si feceritis, quod mando vobis, iam non dico vos seruos, sed amicos.
 Hactenus ille.

Iam vero nusquam in Coena institutione, Christum se Sacrificium
 Deo Patri obtulisse, reperitur. Esi multis gyris & spiris, tanquam
 tortuosus serpens, Hispanus se voluat & vertat in omnes formas, conqui-
 rens minutissimas sufficiunculas. Verba etiam, syllabas, adeoq; minutis-
 simos apices rimans; quibus aliquid vel in speciem saltem conquirat, quod
 Sacrificium sonet, vel quod Christus in illa se Deo Patri obtulerit Coena:
 tamen inuenire prorsus potest nihil. Ideo cum Augustino dico: Ego
 huius (Cypriani, cui addo ego, nec aliorum quorumcunq; Patrum, audis
 Hispani) auctoritate non teneor: quia literas Cypriani non ut Cano- Aug. 1. con.
 nicas habeo, SED EAS EX CANONICIS CONSID- Cresc. Gram.
 RO: & quod in eis diuinarum Scripturarum auctoritati congruit, cum lib. 2. cap. 32.
 laude eius accipio, quod autem non congruit, cum pace eius respuo. Nunc
 ergo, quia Canonicum non est, quod recitas, ea libertate, ad quam nos vo-
 cauit Dominus, eius viri quod aliter sapuit, non accipio. Quapropter
 Cypriani non accipio, quamuis incomparabiliter inferior Cypriano:
 licet illud Petri Apostoli, quod gentes Iudaeizare coegebat, non accipio, nec
 proquamuis incomparabiliter Petro inferior.

Idem respondeo, Hispani, ad Gregorij Emisseni locum, dicentis, Chri- Fol. 148.
 stum se victimam & oblationem obtulisse, cum suum corpus ad comedendum,
 bibendum sanguinem summo, familiaribus exhibuit. Quia hoc tantum di-
 citur & non probant. Et qua de causa Coenam Domini Sacrificium vocent
 & oblationem, antea est expositum.

Quod ad Clementem attinet, dicentem: Christus primus natura Pon- Ibid.
 tificatus, & hostiam spiritualem Deo suo, eidemq; Patri, ante passionem Lib. Constit.
 offerens. Apostol. ca. 300

Aug. 1. con.
 Cresc. Gram.
 lib. 2. cap. 32.

Fol. 148.

Ibid.
 Lib. Constit.
 Apostol. ca. 300

offerens, constituit nobis solis, ut hoc faceremus. Respondeo: sicut Epistolae huius notus esse dubium est nemini, nisi qui absurdissima, & communi ratione pugnantia, credere velit. Scribere enim fingitur, post mortem Petri, tanquam ex mandato eius ante vitae finem dato, ad Iacobum, Episcopum Hierosolymitanum: cum hic aliquot annos ante Petrum occisus habetq; absurda in alijs: ut quod communionem uxorum Anabaptistae probat &c. Ita libros octo constitutionum supposititios esse, dubium non est. Sed his ut conciliarent auctoritatem, in canonibus Apostolorum c. 84. recensetur Catalogus librorum Canonicoꝝ, quibus ipse Clemens sibi valde sed malè Clemens, suas annuerare introducit Epistolae libros octo preceptionum siue constitutionum: ex quibus locum hic Esau allegat. Quod quantum momenti habeat, qui non intelligit helleberrus est, quo cerebrum eius purgetur.

Folio 149.

Probare idem conatur de genere Esau, ex sua definitiuncula Sacramentij. Tunc enim verè offerri Sacrificium, quando res aliqua peculiari modo immutatur & conficitur, in eum finem, ut per eam ipsam immutatio & confectio concilietur Deo gloria. Non est autem dubium, quod hunc finem etiam, & quidem præcipuè, Christus Dominus corpus & sanguinem suum in Cæna, peculiari modo confecerit, & sacramentaliter mutauerit, cum speciebus panis & vini seipsum sifteret. Obtulit igitur incrementum corporis & sanguinis proprii Sacrificium.

Respondeo. Quid Christus fecerit diuinatione, aut operose actione opus est minime, cum omnia quaecumq; dixit & fecit in Cæna institutione, perspicua sint, omnibusq; manifesta. Quibus enim in quo se sifitit Patri ibidem? Quid quæris Heerbrande? Annon antea recitasti, quod eleuatis in cælum oculis, ad te Deum Patrem conuocasti, gratias egerit? En Heretice, habes, quomodo in Cæna se Deo celesti sifterit, obtuleritq; incrementum proprii corporis & sanguinis sacrificium. Canis ergo iste, Canon dicendum erat, lex est & Preceptum in Euangelistæ, Mattheus, Marcus, Lucas, & Apostolus Paulus, quæ Cænam, ut est à Christo instituta, descriperunt. Imò plures etiam suam Cænam faciunt.

Sed quod ad rem ipsam: Non est sentiendum, Sacrificium à dignitate sue unctionis & characteris, recitatione, aut potius missæ

imò verò halitu suo, dum promit verba: Hoc est enim corpus meum, hic est sanguis meus, substantiam panis & vini in corpus & sanguinem Christi transmutare, hæc q; conficere: ut hoc modo quotidie Christo noua caro et sanguis, ore Sacrificuli, ex pane & vino affingatur, quod semel de Spiritu S. ex substantia carnis & sanguinis Mariæ, & sic semine Dauidis & Abrahæ, & non ex pane & vino assumpsit. Illam carnem perpetuò retinet, nos ad vitam eternam pascit. Cum verò isti quotidie, sua quidem opinione, in Missa, ex pane & vino se creare affirmant, creatoris creatorum: Non habent veram Christi carnem & sanguinem, quæ à Spiritu S. ex substantia carnis & sanguinis Mariæ concepta sunt, sed quæ ore Sacrificuli sunt ex pane & vinoq; confecta, imaginatione. Contra mutationis porro, seu potius transubstantiationis figmentum, paulò superius, illustrata Patrum testimonio sunt commemorata.

Ceterum, quod in Coena panis & vinum sunt corporis & sanguinis Christi Sacramentum: non ore aut potestate id fit Sacrificuli conscientis, sed mandato et institutione Christi, in prima Coena facta, quæ adhuc durat, & efficax est, fieri quicquid fit, sciendum est. Ad id, si Sacramentum in Sacrificium, actionem planè diuersam, mutare velint (quod conantur Papicolas) Christi corpus & sanguinem præsentia non habeant, quod ipsius non obseruetur institutio. Non igitur vis consecrationis, in consecratis, certis, conceptis, & mutilatis verbis institutionis Christi consistit, sicut nec etiam in nuda eorum recitatione: sed in sententia, & intentione Christi, qua primò instituit Coenam, et hoc ipsum facere iussit, celebrandam scilicet in Ecclesia, donec veniat, suiq; corporis promisit et sanguinis exhibitio. Nisi enim corpus Christi antea præsens esset, propter Unionem per Eph. 4.
 qualem cum filio Dei, et sessionem ad dextram Patris, qua super omnes caelos ascensus, ut omnia adimpleret: Et nisi Christus hanc suam præsentiam primò institutionis in pane & vino reuelasset: certè nos nequaquam illam verborum recitatione, corpus è cælo euocare, & de trahere possemus, sicut isti descensionem & ascensionem eius, quam primò hæc actione consumptæ, fingunt.

Mysterio etiam, inquit, non carere intelligitur, quod apud Lucam
 ✠ verbis

Fol. 150.

» Verbis presentis temporis Dominus dixisse legitur: Quod pro vobis
 » tur: Qui effunditur. Admonere nos Spiritus Sanctus voluit, ut id
 » bum non tantum ad futuram oblationem in cruce, sed etiam presentem
 » se in ipsa coena obtulit, referamus, & quidem proprie. Respond. Per
 » verba datur & effunditur, non significatur, sub specie panis & vini
 » tur corpus meum & sanguis Deo Patri, sed hoc vult dicere: Verum
 » ipsissimum meum corpus, quod iam manducatis, idem mox in mortem
 » cis datur, & hic sanguis meus, quem bibitis, est sanguis ille, qui pro
 » bis effunditur, non everso poculo, aut calice, in quo cum iam vobis bibere
 » exhibeo, sed in cruce, in qua mox eum ad peccatorum vestrorum expia-
 » nem profundo. Iam tum enim passionem suam non modò me dicitur
 » sed in actu ea erat. Hoc enim iam tum agebat Iudas, hoc Pontius
 » Vnde dicit: Filius hominis quidem VADIT, sicut de eo Scriptura
 » veruntamen ve homini illi, per quem filius hominis PRODIT
 » cum tamen Iudas mensè adhuc consideret Dominice. Item: VADIT
 » cum, qui me misit. Et hanc sententiam vetus expressit & reddidit in
 » pres. 1. Cor. 11. quod pro vobis tradetur, & in omnibus tribus Eu-
 » gelistis, effundetur, quemadmodum & Patres pleriq; futuri temporis
 » abulis hinc Evangelistarum & Apostoli vsi sunt. Idq; contra
 » Hispanè, impium dogma, quo doces, Spiritum Sanctum verbo presentis
 » temporis nos admonere voluisse, ut ad oblationem tum presentem, quæ
 » Coena se obtulerit, referamus, & quidem, proprie. Tacco iam, quod
 » sio Christi, per omnem ipsius vitam duravit. Vnde etiam diu ante pas-
 » nem suam dixit: Ego pono animam meam pro ouibus meis.

Ioh. 14.

Ioh. 10.

Fol. 151.

» Porro quod dicit aduersarius, Mysterij huius (oblationis) hinc
 » quod in Eucharistia Christus instituerit & commendarit, figurant
 » ut pleriq; Patres animaduertunt, vetus Iudeorum pascha, idq; ex
 » sostoni locis vult probare. Respondeo, nobis nec Chrysostomo Patre
 » alijs opus esse interpretibus, eorumue animaduersione, cum habeant
 » quorem multò Patrem, & interpretem solertissimum, Doctorem gentium
 » Apostolum Paulum, qui in tertium vsq; cælum raptus est, & se à Domini
 » accepisse verè testatur. Hic longè aliter interpretatur Pascha, scilicet

si typus & figura fuerit, dicens: Pascha nostrum immolatus est Christus. *1. Cor. 5.*
 Et ubi immolatus sit, idem docet: factus, inquit, obediens Patri *Philip. 2.*
 ad mortem, tē autem crucis. Et pacificans omnia per sanguinē crucis. *Col. 1.*
 Sic finita Cœna illius postremæ celebratione, finito etiam prolixo sermo=
 nem ab illa ad ipsos habuit, postea, in ardentissima illa ad Patrem ora=
 tione inter reliqua dicit. Ego pro eis sanctifico meipsum. Quod in cru=
 ce factum est, in qua oblatus semel, quia voluit, semetipsum obulit imma=
 calatum Deo, ubi sanctificati sumus per oblationem corporis eius. *Isa. 53.*
Hebr. 9.10.

4. Probare etiam vult Hispanus suum intentum ex Mose, qui ius=
 serit pascha immolare. Et quidem verum est, ita esse redditum, sed in
 Hebræo est Schachat, quod mactare proprie significat p eudem expansam,
 ut largius sanguis profluat, & secernatur seorsim. Vnde & Iudei Germani
 etiam nunc, dum suo more ipsi mactant, vulgari lingua vocant Schechten.
 Gen. 37. idem verbum habetur: Filij Iacob mactauerunt hircum apra=
 ram, cuius sanguine tinxerunt tunicam Ioseph. 2. Reg. 10. Et apprehen=
 derunt eos viuos, & mactauerunt eos iuxta puteum. Ierem 39. Et omnes op=
 timates Iuda mactauit Rex Babilon. Non ergo ego improbè nego, ut con=
 uiciatur Hispanus, immolationem Paschæ, sed ex Hebræis fontibus red=
 didi. Non enim Domino immolabatur, nec quicquam ex eo Deo offerebatur,
 aut comburebatur. Quod verò ibidem agnus paschæ, victima, aut Sa=
 crificium Zebach dicitur: Generaliter accipitur vocabulum, pro cultu, si=
 cut verba habent: cum interrogauerint te filij tui: Quisnam hic est cul=
 tus? Dicitis, Sacrificium Paschæ est, hoc est, cultus & celebratio: Pas=
 chæ: Quia mactabatur & in honorem Dei manducabatur. Et sic gene=
 rali significatione Sacrificium dicebatur, quia ad sacros usus mactabatur,
 necem, propter sanguinem exceptum & postibus illitum.

Sic & locus Num 9. quem citat aduersarius: Qui non fecit pascha,
 comminabitur anima illius de populis suis. Quia Sacrificium non obtulit
 Domino, hoc est, ut ex iam dictis patet, quia non celebravit pascha. Quod
 si uacillare concederemus, agnum paschalem esse sacrificium, & typo
 respondere Christum: tamen non sequeretur inde, Christum in Cœna
 obulisse Deo suum corpus. Hoc enim in cruce, ut diximus, factum
 est.

K ij est

- est, ubi omnes typi, figurae, umbrae, & omnia sunt impleta, quae enarra-
 ses hic, sicut & reliqui Prophetae, de eo sunt vaticinati. Sicut Iohannes
 Evangelista & Apostolus praecipue, typum agni paschalis à Christo
 impletum, affirmat, cum ait: Scriptum est: Os non comminuetis vel frangat
 eo: sed non ut Hispanus perperam vult, in Cena, verum in cruce. Per
 ergo idem concludit, cum inquit: Phasæ vetus figuram fuisse Eucharistiae,
 Christus non tantum instituerit, ut ederetur, sed etiam ut sacrificium
- Fol. 153.** 5. Pergit Hispanus ex Verbo Facere, quo generali verbo, & sacri-
 ficationem, & reliqua comprehendit, sacrificium & oblationem
 sue probare, Id vero quia non potest, cum secundum rei subiectae
 rian, sit accipiendum: Nullum porro verbum, nulla syllaba iota
 in tota illa Cena institutione & actione sit, quod sacrificium, sacrificium
 offerre, oblationem, aut tale quid simile significet, habeatur, aut ipse
 ire possit, nisi in omnes mutet. Vertumnus formas, examinet, ponat
 trutinat vocabula singula: Ideo his relictis, in quibus patrocinium causa
 pessima inuenire nullum possit. quae tamen totius causae sunt fundamenta
- Fol. 154.** ad usitatum suum se, ab institutione: Cena, asyllum conuertit, vetera
 Ecclesiae Patrum auctoritatem grauisimam, miserorum praedicationum
 dico omnes vult anteponere, qui sacrificium etiam Christum imperant
 cum diceret: Hoc facite, multo verius, quam isti miselli, inquit, in
 runt. Et hic testimonia aliquot ex Constitutionum Clementis libris, et
 Martiali, Dionysio Arcopagita, Alexandro Pontifice Rom. Ireneo,
 no Martyre, Ambrosio, Augustino, Primasio, Haymone, Isidoro, &
 elmo recitat, qui in cruentum vocauerit Eucharistiam sacrificium
 bolicam sacrificiationem, oblationem, hostiam. Ergo hinc sequitur
- Fol. 173.** ipsa Christi institutione constat, suffragante nobis contra sectarios, quod
 Antiquitate, Christum se sacrificasse in Cena, & voluisse, ut primus
 ficaretur, deinde ederetur, ut infra se hinc probasse, ait. Respondit
 Esto sane, concesserim tibi haec omnia, & plura ac maiora etiam
 his, probes, sacrificium quoque propiciatorium Missam vestram ab
 eisdem dictam: (quod tamen nunquam facies,) quid tum postea? Dicam
 tibi quod res est, Hispane, dicam autem non meis, meorumque collegarum
 (quos te Papasellum superbe praeter te contemnere scio) verbis, se-
 pondus maius & grauius tuo opponam: ponderi leuissimo, ambrosio

...authoritati Patrum ex horum præcipuo, de facili principe, ex
 Augustinus Epistola 28.
 ...iniquam, Ecclesie Doctor omnium clarissimus, quantum Pa-
 ...auctoritati in controuersijs Ecclesiasticis deferendum sit, his docet Ver-
 ...dicit Dominus, non, dicit Donatus, aut Vincentius, aut Hilarius,
 ...aut Ambrosius, aut Augustinus: sed dicit Dominus. Idem: Sed nunc nec ego
 ...Nocennum, nec tu debes Ariminense, tanquam prædicaturus, proferre conci-
 ...lum. Nec ego huius autoritate, nec tu illius detineris. Scripturarum autho-
 ...ritatis, non quorumcumq; proprijs, sed Vtrisq; communibus, res cum re-
 ...ratio: cum ratione concert. t. & c. Vtriq; tanci ponderis molibus cedamus. Et
 ...iterum: Sed ut dicere ceperam, non audiamus, hæc dico, hæc dicis: sed audia-
 ...mur. Hæc dicit Dominus. Sunt certi libri Dominici, quorum autoritati,
 ...Vtriq; consentimus, Vtriq; credimus, Vtriq; seruiamus. Ibi queramus Ecclesi-
 ...am, IBI DISCVTIAMVS CAVSAM NOSTRAM. lb. Au-
 ...ferantur ergo illa de medio, quæ aduersus nos inuicem non ex diuini Cano-
 ...nicis libris, sed aliunde recitamus. Querat forsasse aliquis, & dicat mihi:
 ...Cur ergo ista vis auferri de medio, quando communio tua, etiamsi proferan-
 ...tur, iniuncta est? Quia nolo humanis documentis, sed diuinis oculis, san-
 ...ctam Ecclesiam demonstrari. Et iterum: Nec tu, mihi quos nominas ex Euan-
 ...gelio, legis, nec ego quos nomino (Patres) ex Euangelio lego. Auferantur de
 ...medio charte nostræ. PROCEDAT IN MEDIVM CODEX
 ...DIE I. Audi Christum dicentem, audi Veritatem loquentem. Item: Ego vo-
 ...cem Pastoris inquiri: lege mihi de Propheta, lege mihi de Psalmo, recita de
 ...lege, recita de Apostolo. Inde ego recito Ecclesiam toto orbe diffusam (que
 ...tam agitataur controuersia) & Dominum dicentem: Quæ sunt oues meæ,
 ...docem meam audiunt, & sequuntur me. Auferantur chartæ humane, sonent
 ...verba diuine. Hactenus ille. Possem plurima in hanc sententiam ex eodem
 ...proferre, sed sufficiant hæc. Vnum auctarij loco ex Chrysostomo addam,
 ...hic est quæ Lupos, qui passim scripture autoritatem commendat,
 ...ad lectionem eius hortatur, quam vocat omnium exactissimam trutinã,
 ...gramen, ac regulam. Is ergo ita dicit: Quare hoc tempore omnes Chri-
 ...stiani conferre se ad scripturas debent. Quia in hoc tempore, ex quo obtinuit
 ...Hæc illa Ecclesias, NULLA PROBATIO POTEST ESSE. Id. in Mat. cap.
 ...SE CHRISTIANITATIS VERÆ, neq; refugium potest esse. 24. Homil. 49.
 ...Christianorum aliud, volentiu cognoscere fidei Veritatem, NISI SCRIP-
 ...TURÆ DIVINÆ. Et Basilus: Quod oportet Auditores eruditos in summa
 ...Scriptu- cap. 1.

Id. lib. de vnita- te Ecclesia ca. 1.

Id. Enarrat. in Psal. 57.

Id. lib. de Pasto- ribus cap. 14.

Chrysost. in 2. ad Cor. Homil.

Id. in Mat. cap. 24. Homil. 49.

Basil. Moraliu. summa 72.



Scripturis probare ea quae à Doctoribus dicuntur, & quae quidem
sunt scripturis suscipere, quae verò aliena, rejicere, & eos, qui in
doctrinis perseverant, vehementius auersari. Pares sumus Gregorio
me, aut predicantes alios, audis, neque nos, Moses, sed nec Patres, quos
cant, audimus, sicut etiam non tenemur. Sed utriusque audiamus, Hec dicit
minus. Quid igitur hic dicit? Id quod audis in verbis institutionis. Dicit
quis: Hoc facite in mei commemorationem. Audio & accipio. Hoc ergo
mus, quod tum est factum, in illa prima coena: Accipiamus, edamus nos
offeramus Deo corpus Christi, pro nobis in cruce, non in Coena (de
enim nullum verbum) oblatum. Bibamus, & non sacrificemus, in
sanguine eius, pro nobis in cruce, non in Coena, profusum vel effusum.
quidem hoc faciamus in eius commemorationem, hoc est, (quia verba
isique obscura vel ambigua videntur,) mortem Domini annunciemus,
sitemus in Missa, ut nemo exaudire possit, quod vos contra inflant
Christi facitis. Habemus, inquit Augustinus, claram & manifestam
Christi Pastoris, mihi imputabo, si me decipi patiar.

Sed quod ad Patres, ab Hispano enumeratos, eorumque testimonia
net, aliqui sunt nothi, ut de Clemente antè dictum est. Sic & de Dionysio
ci & probari poterat. Negant enim Laurentius Valla & Erasmus
Sed nec Eusebius, nec Hieronymus, qui aliis studiosè scriptorum
rum meminerunt singulorum Doctorum Ecclesiae, librorum Dionysii
tionem faciunt. Et quantum illis sit tribuendum, ex Augustino
sum est.

Multa etiam nihil ad Hispani institutum faciunt ex Patribus
recitata, sed numerus erat complendus. Ut quod Ambrosius dicit: Hoc
quod nos facimus, in commemorationem fit eius, quod factum est. Sic Grego-
stinus: sacrificare Deo in memorijs martyrum, quod frequentissimum
illo duntaxat ritu, quo sibi sacrificari Noui Testamenti manifestum
cepit. Quemadmodum & Primasius dicit: in commemorationem
Christi fit. Et Isidorus: Apostolos in commemorationem suam facere
Item Anselmus: Vos Sacerdotes facite, id est, ex pane corpus meum per
stia verba consecrate, in memoriam passionis meae, ut recogitatis eam,
istud sacrificium obtuleritis.

Ex quibus omnibus aliud colligi non potest. Nisi quòd Coenam

sacrificium hostiam & oblationem vocant, generali vocabulo, pro sacro cula
 accepto. Nulla aut pro' sus syllaba testantur, sacrificium esse verè propi-
 quatorum, quale Missam suam isti sacrilegi esse docent. Quemadmodum & Fol. 257.
 Alexander Pont. Rom. quod testimonium hic recitatur: Ipsa Veritas nos in-
 struit calicem & panem in Sacramento offerre, quando ait: Accipit Iesus pa-
 nem & benedixit, deditq; discipulis suis, dicens: Accipite & mâducate, Hoc est. n.
 corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter & calicem postquam coe-
 ravit, dicens: Bibite ex hoc omnes, &c. Vbi dubium est minimè, per verbum
 offerre calicem & panem, non significari offerre Deo, sed Ecclesie tum
 in presenti & communione antibus administrare. Sic & Iustinus Martyr contra Fol. 258.
 Iudeos scribens, cuius verba pro sua opinionis confirmatione citat contra
 Iudeos: A nemine, inquit, Deus hostias accipit, nisi à suis Sacerdotibus. Vniuersos
 qui per nomen istius offerunt sacrificia, que Iesus Christus fieri tradi-
 dit in Eucharistia panis & poculi, que in omni loco à Christianis fiunt, De-
 us præteriens, sibi grata esse testatur. Que autem à vobis (Iudeis) offe-
 runtur, renuendo abijcit. Quis hic non videat, Iustinum per comparationem
 opponere cultum Ecclesie Novi Testamenti præcipui, Eucharistiam scilicet,
 veteris Testamenti sacrificijs? Ideoq; hac antithesi sacrificiorum Leuitico-
 rum, Eucharistiam, sacrificium ab eo dici, vel generaliter accepto vocabulo,
 vel Catachresi & abusione vocabuli. Quod ut verum esse probemus, ex
 Iustino, ritum & Ceremoniam in Eucharistia celebratione usitata,
 ex professo describente, quod callidè distimulat Hispanus, audiamus. Post præ-
 cationem salutamus nos osculo mutuo. Deinde, offertur præcipuo fratri pa-
 nis & calicis aqua dilutus: quibus acceptis, laudem ac gratiarum actionem
 patri omnium offert, per nomen filij, sanctiq; Spiritus, atq; Eucharistiam
 (scilicet, gratiarum actionem) celebrat. Post preces & Eucharistiam, totus
 accinit, Amen. Absoluta gratiarum actione Præsulis, & ominatione
 plebis, Diaconi, quos vocamus, dant singulis presentibus partem pa-
 nis & calicis diluti, super quos facta est gratiarum actio, atq; etiam deser-
 vant absentibus. Hoc autem alimentum apud nos vocatur Eucharistia, que Deo offer-
 tur in eius cele-
 bratione. Vnde
 Christus docuit. Non enim, ut vulgarem panem, & vulgare poculum, & ipsa Cæna
 Domini Eucha-
 ristia dicitur.
 sic etiam

Ritus Cæna
 Dominica ex
 Iustini Apolog.
 2. ad Imp.
 Antoninam.
 Cæna Domini
 oblatio dicitur,
 propter gratia-
 rum actionem,
 que Deo offer-
 tur in eius cele-
 bratione. Vnde
 Domini Eucha-
 ristia dicitur.
 sic etiam

fic etiam per verbum precatōnis & gratiarum actionis, sacramentū
alimoniam, quæ murata, nutrit nostras carnes & sanguinem
in carnati Iesu carnem & sanguinem esse, didicimus. Nam & Apo-
stolus scriptis, quæ vocantur Evangelia, sic sibi mandasse Iesum, tradidit
sumpto pane, actisq; gratijs, dixisse: Hoc facite in mei memoriam,
corpus meum. Similiter, sumpto poculo, actisq; gratijs, dixisse: Hic
quis meus, & solis ipsis communicasse. Et mox: Post hæc confusimus

*Vnde Cœna Do-
mini Oblatio
dicatur.*

*Tertull. ad Sea-
pulam.*

Ambros. lib. 4.

*de Sacramenti
cap 6.*

Fol. 161. 162.

Eph. 5.

Heb. 9.

ib. 10.

ET PRECES OFFERIMUS, quibus finitis, præfertur,
mus, panis, & vinum, & aqua. Tunc Præpositus, quantum potest, PRE-
OFFERT, & gratiarum actiones, plebs verò Amen accini. Inde
crata distribuuntur singulis, & absentibus mittuntur per Diaconos
ibi. Quibus aliud prorsus nihil, nisi Cœnae Dominicæ vel bratio, deseri
nullum sacrificium, aut oblatio corporis & sanguinis Christi. SED
CES SE OFFERRE, & gratiarum actionem, dicit. Quemad-

Tertullianus. Itaq; sacrificamus pro salute Imperatoris, sed Do-
stro, & ipsius, sed quomodo præcepit Deus, PVRA PRECE.

Quod verò ex Ambrosio quedam addit, quæ postea Canonis
Offerimus tibi hanc immaculatam hostiã, rationabilem hostiam
entiam hostiam, hunc panem sanctum & calicem vite æternæ, & per
& precamur, ut hanc oblationem suscipias, in sublimi altari tuo, per
Angelorum tuorum, supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris
& accepta habere, sicut accepta habere dignatus es munera pueri
Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abrahamæ, & quod tibi obtulit
mus Sacerdos tuus Melchisedech, &c. Quod si hæc Ambrosij sume
intelligantur de filio Dei, quod per sacrificiũ offeratur Deo, pro
populi & redemptione animarum, horrenda est blasphemia. Quia
Christi oblatio, semel in cruce facta, non sufficit, nisi & sacrificium
latio accedat? Cum oblatio filij Dei nullius sit hominis aut creature,
ipsius propria. Hic enim est, ut Græcus habet Canon $\pi\epsilon\omicron\varsigma\ \phi\epsilon\gamma\omicron\upsilon\ \nu\mu\ \nu\epsilon\pi\omicron\upsilon\ \nu\mu$

$\phi\epsilon\gamma\omicron\upsilon\ \nu\mu$, id est, offerens & oblatio. Hic Pontifex & hostia, qui in altari
se actus pro nobis oblationem & hostiam Deo, in odorem suavitatis
Pontifex per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, & semel
obtulit Deo immaculatum, æterna redemptione inuenta. Sanctificati sunt
per oblationem corporis Christi semel.

Nec quicquam potest illa preatione Sacrificuli cogitari horribilius, quia homo miser precatur, ut Deus Pater unigenito filio suo, tanquam peccatori propicius esse velit, eumque sereno vultu respicere, & habere acceptum, sicut munera Abelis. Quo quid absurdius? An non vox Patris de caelo sonat: Hic est filius meus dilectus, in quo sibi omnia mea complacuit. Sed hic Sacrificulus misellus, sordidus peccator, Deum Patrem precatur pro filio dilecto, ut ipsum propicio & sereno vultu intueatur. Deinde, idem precatur, ut Deus tam gratum sibi esse patiatur hoc Sacrificium, quo filium ipsius ei offert hostiam pro peccatis, quam accepta habere dignatus est munera Abelis. Hic porro nec pro suis nec pro aliorum peccatis Deo sacrificat. Quod si ergo illud Christi, quod se repetere imaginantur, Deo non multis ac infinitis modis est gratius, quid facitis Sacrifices Papasellium vestris Missis? Quodque petunt, ut Sacrificium suum per manus angeli perforatur in sublime altare Dei: quid reliquum illis erit, quod comedant & bibant? Ita solidi ipsi ignorant, quid petant, aut in Missa suae celebratione agant. Sed hinc etiam apparet, Canonem hunc ipsorum sine iudicio conscrinatum esse & collectum ex quam plurimis. Et iam per superstitionem non solum retineri, sed & defendi eadem stoliditate.

Contra haec autem à se dicta, de Missa Sacrificio, Patrumque testimonia, Fol. 162. de quibus paulò ante me obijcere dicit: Quod nullum omnino Verbum reperitur apud Evangelistas & Apostolum, qui Coenae Dominicae institutio nem descripserunt, quo Sacrificium, Oblatio, vel, hostia, significetur, quod videlicet Christus, vel ipse se suumque corpus & sanguinem, in Coena, Deo Patri caelesti, sub speciebus panis & vini, obtulerit, vel Apostolis ea offerre preceperit. Hoc me subinde inculcare dicit, sine ulla probatione, & esse probationem principij: Video Hispano, tibi tuisque, verba haec institutionis, non esse in oculis. Hoc Nunc est tangere, quod dicit, noli me tangere. Vnde, quae te, orta lite de alicuius testatoris voluntate, haec colligitur, non in verbis dispositionis? Ita verba institutionis Coenae Dominicae, quae Christi Testamentum, fundamentum sunt totius controversiae nostrae, haec non sunt & regula unica ac norma veritatis, quibus tanquam solido fundamento innitimur, quae non principij sunt petitio, sed probationis principium, quae quia Hispanus sibi adversari intelligit, nec posse ex ijs se Missam suam probare Sacrificium, ideo remoueri (haud stultè sapiens) Fol. 163. cuperet

cuperet, ita ut ijs omisis, Patrum verba, qui suo modo Cœnam Domini
hostiam, sacrificium, & oblationem vocauerunt, eo sensu dicta admo-
remus, quo ipsi hactenus in Papatu intellexerunt & docuerunt, Ecce
filij Dei inferrimè seducetes. At clariora sunt illa, quàm ut vni sibi
vel ad sacrificium detorqueri se, patiantur.

Non ignoramus, Patres vocabulo oblationis & sacrificij
negotio Cœnæ: sed nequaquam de Missa Pontificia, qualis hodie est, &
betur, quod vid. licet sit verè propiciatorium sacrificium, pro peccato-
uorum & mortuorum, intellexerunt. Latè enim apud illos patet voca-
lum sacrificij, sicut & vocabulum λειτουργία. Liturgia non solum
sacrificium significat, sed omnem omnino functionem & administratio-
nem Ecclesiasticam sive Politicam. Sicut ad Rom. 13. Magistratus Politi-
καὶ λειτουργός dicitur & Diaconus. Acto. 23. de Doctoribus & Prophe-
ta Ecclesiæ primitiue, λειτουργούντων δὲ αὐτῶν, non sacrificiantibus
dendum est, sed ministrantibus. Sicut Chrysost. κερυττήντων, id est
dicantibus, reddidit. Fuerunt enim Doctores & Prophete. Sic & Rom.
Apostolus se vocat λειτουργὸν ἰεραρχούντων, ministrum Christi sacrificium
Euangelium Dei, ut oblatio gentium fiat accepta, sanctificata in Spiritu
santo. Se vocat ministrum, vel sacrificium sacrificantem, id est, prædicans
Euangelium Dei de Christo, quæ prædicatio est sacrificium Deo grati-
mum (audis, Hispane, prædicationem Euangelij & prædicantes, per
per contemptum sæpè nominas) et Deo homines lucrifacere per istam præ-
dicationem, sacrificium esse: hominesq; ipsos Deo adductos, oblationem
sacrificium, sicut iam gentes, primitiue erant Domino. Sic & Hiero-
nyma Liturgia dicitur 2. Cor. 9. Et hostiam odorem suauitatis bonæ
Philip. ultimo.

Postea etiam idem vocabulum ad Cœnæ Dominicæ administratio-
nem, ab Authoribus Ecclesiasticis, refertur. Quemadmodum eam sacrifici-
um quoq; appellant & oblationem: sed non eo consilio, quod senserunt
pro peccatorum expiatione offerendum, ut hodie Pontificij. Tale
vnicum fuit Christi in Cruce peractum. Sicut Augustinus etiam testatur

Quoniam, inquit, singulari & solo vero sacrificio pro nobis Christi *versarium*
 sanguis est effusus, sacrificium Ecclesie laudis est, in gratiarum actione. *Pro-*
 Ecclesia immolat Deo in corpore Christi sacrificium laudis. Et *legit. 1. cap.*
 Sed ut Dei venia impetraretur, propiciatio sit per aliquod sacri- *phet. 1. al.*
 ficium. Extitit ergo a Domino Deo missus quidam Sacerdos noster, *18. & 11.*
 suus nobis, quod offerret Domino. Ipsi diximus sanctas primitias carnis *64.*
 ex vero virginis. Hoc holocaustum obtulit Deo. Idem postea. Impietates
 nostras tu propiciaberis: tu Sacerdos, tu victima, tu oblator, tu oblatio. *Id.*
in sal. 1. 9. Quia apud te propiciatio. Et que est ista propiciatio nisi Sa-
 crificium? Et quod est sacrificium, nisi quod pro nobis oblatum est? san-
 guis innocens sufficit deleuit omnia peccata nocentium, precium tantum da-
 tam, redemit omnes captiuos, &c.

Deinde, non negamus Coenam Domini quoque sacrificium Patribus
 dici, non autem propiciatorium, quod, ut iam dictum est, unicum est & so-
 lum Christi: sed ita vocant, usitato vocabulo ex Veteri Testamento sacri-
 ficij recento, ubi cultus precipue illi populo sacrificijs constabat: Cum igitur
 Coena Domini in Nouo Testamento, inter precipuos externos & visibiles
 cultus sit, quo illis omnibus successit: Et memoria insuper veri ac vnici sa-
 crificij Christi in ea celebretur: His & alijs consimilibus de causis, Cee-
 nam Domini Patres dixerunt sacrificium & oblationem, item sacrificia-
 re & offerre. Sicut August. de Ciuit. Dei lib. 17. cap. 20 Non est bonum ho-
 mine, nisi quod manducabit & bibet: quid credibilius dicere intelligitur,
 quam quod ad PARTICIPATIONEM MENSÆ HVIVS
 peruenit, quam Sacerdos ipse mediator Noui Testamenti exhibet, secun-
 dum ordinem Melchisedech, de corpore & sanguine suo? ID ENIM SA-
 CRIFICIUM SVCCESIT OMNIBVS ILLIS SA-
 CRIFICIIS VETERIS TESTAMENTI, que immolaban-

in Umbra futuri. Augustinus sacrificia, inquit, Hebræorum erant pre- *August. contra*
 sentia venturi vnici verissimi sacrificij, quod pro peccatis omnium cre- *Fast. Manich.*
 tum offerri oporteret, quod Christus obtulit. Vnde iam Christiani *lib. 20. cap. 13.*

PRACTI EIVSDEM SACRIFICII MEMORIAM
 CELEBRANT, sacrosancta oblatione, & participatione cor-
 poris & sanguinis Christi. Item: Nempe ipso die Dominico dicimus: Hodie *Id Epist. 23. ad*
 Dominus resurrexit, cum quo resurrexit, tot anni transierunt, cur nemo tam *Bonifac.*

ineptus est, ut nos ita loquentes, arguat esse mentitos? Nisi qui dicitur
 es, secundum illorum, quibus hæc gesta sunt, similitudinem nuncupatur,
 ut dicatur ipse dies, qui non est ipse, sed reuolutione temporis similis
 & dicatur illo die fieri, propter Sacramenti celebrationem, quod non
 die, sed iam olim factum est. Nonne semel immolatus est Christus in se
 Et tamen in sacramento, non solum per omnes Pasche solennitates, sed
 die, populis immolatur. Nec utiq; mentitur, qui interrogatus seum re-
 derit immolari. Si enim Sacramenta quandam similitudinem earum
 quarum Sacramenta sunt, non haberent, omnino Sacramenta non essent
 hac autem similitudine, plerunq; etiam ipsarum rerum nomina accipi-
 Sicut ergo secundum quendam modam Sacramentum corporis Christi
 pus Christi est, Sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi est, ut
 Sacramentum fidei, fides est.

Ex quibus August. verbis apparet, quo sensu cum ipse, tum
 & post eum, & ipsam Cœnam, & in ea corpus & sanguinem Christi
 carine Sacrificium: Eo nimirum, quo, die Paschatis dicitur: Hodie
 sus resurrexit. Quemadmodum enim Christus non singulis diebus
 schatis resurgit: ita nec quotidie in Cœnæ Dominicæ administratione
 crificatur. Et sicut die paschatis commemoratio fit tantum resurrectio-
 eius: ita & in Sacramento Cœnæ Dominicæ, sola commemoratio Sa-
 crificij celebratur. Unde & ipsam sacrificium appellat. Sicut in
 sententiam etiam Magister Sententiarum scribit: Post hæc queritur
 gerit sacerdos propriè dicatur sacrificium, vel immolatio? Et si
 quotidie immoletur, vel semel tantum immolatus sit? Ad hoc breuiter
 potest: illud, quod offertur & consecratur à sacerdotibus, vocari SACRIFI-
 CIVM ET OBLATIONEM, QUIA MEMORIA
 EST ET REPRESENTATIO VERI SACRIFICII
 ET SANCTÆ IMMOLATIONIS, FACTÆ IN AL-
 CRVCIS. Et semel Christus mortuus est in cruce, ibiq; immolatus est in sep-
 so. Quotidie autem immolatur in Sacramento, QUIA IN SACRAMEN-
 TAMENTO RECORDATIO FIT ILLIVS, QUOD
 FACTVM EST SEMEL.

Petrus Lom-
 bard. lib. 4.
 dist. 12.

Vocatur itaq; à Patribus Cœna Domini Sacrificium, non propter
 quod multis supra contendit frustra Hispanus: sed quia commemoratio

uicij sacrificij Christi, semel in cruce peracti. Et quia in illa Deo agun-
 tur, pro beneficijs per Christum partis, & in Cena communicatis, gratie,
 que sacrificium laudis dicuntur. Vnde & ipsa Cena Dominica, ab hoc esse
 in consequenti, Eucharistia veteribus est dicta: quod nec nos improbanus,
 sitentem recte & dicto modo accipiatur. Sed quid hoc ad Missam Ponti-
 ficiam? In qua nec corpus Christi & sanguis à circumstante multitudine, aut
 pauca potius, sumitur: nec, quia peregrina ista sunt & peraguntur lin-
 gua, id est dicere possunt, Amen: multò minus ab istarum rerum ignaris
 laudes & gratiarum actiones Deo offerri? Et tamen sacrificium asserunt
 esse Eucharisticum. Sed hoc parum est, insuper verè propiciatorium esse
 contra dicit sacrificium, pro peccatis viuorum & mortuorum, cum tamen in
 verbis institutionis Cenae Dominicae, nullius prorsus sacrificij fiat mentio.
 Quare non curamus Hispani clamores vanissimos, quod nugatur, & auil-
 latur, nos non intellectu & ratione ad res ipsas uocabulis significatas pene-
 trare, sed aurium tantum iudicio, uocabulorum sonum percipere, de uoca-
 bulisq; tantum differere, Sicut caecus de colore disputans. Respondeo. Sci-
 mus, uocabula inseruire rebus, ad easq; declarandas illa esse excogitata, sed
 tamen hoc quoq; uerum est, nec tu, nec quisquam alius negare poterit, Esa-
 ias, uerba signa esse & indica rerum, sermonemq; animi characterem, quo
 sensa animi explicamus. Ideoq; non nisi ex uocabulis scripturae sacrae phrasi
 & sermonis genere, de Deo, rebusq; diuinis, iudicium nos facere posse. Non
 ignoramus autem, nos longè aliter sentire. Et Scripturam, imò Deum ipsum
 eius auctorem, obscuritatis nescio cuius accusare, & quod non possit intelli-
 gi, nisi à uobis, qui eam ex Patribus interpretemini. In hoc, ut multis alijs,
 hereticorum similes, de quibus Irenaeus scripsit: Cum ex scripturis, inquit, *Iren. lib. 3o*
 arguantur (heretici) in accusationem conuertuntur ipsarum scripturarum, *cap. 2.*
 nisi non rectè habeant, neq; sint ex Auctoritate. Et quia variè dictae sunt,
 quia non possit ex his inueniri ueritas, ab ijs, qui nesciant Traditionem.
 Inuenit per literas traditam illam, sed per uiuam uocem. Contra uerò
 rationem Lactantius: Num Deus, & mentis & uocis & linguae artifex, *Lactant. de uo-*
 cibus loqui non potest? Imò uerò, summa prouidentia sico carere uoluit *rocultu lib. 6.*
 ea, quae DIVINA SVNT, VT OMNES INTELLIGE- *cap. 21.*
 RENT. QVÆ IPSE OMNIBVS LOQVEBATVR,
 Nos enim existimandum est, Delphica esse oracula, aut Sphyngis enigmata,
 L 3 qua

Hilar. de Trinit. lib. 1.

que Christus in sui Testamenti dispositione dixit, cuius verba sunt clara de sententia colligi potest & debet. Sicut preclarè S. Hilarius, Opus inquit, Scripturæ sacræ lector est, qui dictorum intelligentiam expectat dictis potius, quam imponat, & retulerit magis quam attulerit.

QUE COGAT ID VIDERI DICTIS CONTINERI, ante lectionem præsumperat intelligendum. Hec ibi. Id quod profectus Papicolæ, cum in alijs plerisque omnibus, tum etiam in hoc de missæ sacro factis negotio, ubi quandam habetis conceptam opinionem, & quæ vocantur Græci, Missam esse sacrificium corporis & sanguinis Christi, rendum pro peccatis viuorum & mortuorum. Idque firmiter vobis reddidit, propterea, quòd inde focus vester splendeat, & culina instruat decreuistis. Cum autem id in Coenæ Dominicæ institutione, à Chæ facta, nusquam reperitis, id est, ut cum Hilario loquar, non expectatorum illorum intelligentiam ex dictis, sed contra potius imponitis & fertis vestras opiniones conceptas, & cogitis per vim id videri dictis contineri, quod ante lectionem præsumpsistis intelligendum. Quia vobis spiritus cum suis cæcus est in verbis institutionis, ut præstigiator non potest persuadere nobis, vel alijs potius, suis, quibus hac descriptione seruare cuperet cæcos nos esse omnes, ut solus regnaret inter cæcos monochæm.

Fol. 164.

Quod autem confitetur, verum est, inquit, ibi sacrificij vocem, sed non insonare, quod istis est non significari sacrificium: Ecclesiæ Patribus, quos antè citauimus, simul animaduersa & collata, significat sacrificium, hoc est, Christi actiones duas, in quarum vnaquaque summa sacrificij ratio, videlicet, confectionem corporis & sanguinis Christi, & oblationem in cruce. Sed vnde, queso te mi homo, significatur sacrificij, quam in verbis non haberi fateris, petenda est, nisi ex institutione Dominicæ, quibus ea est instituta? In qua cum tale nihil habeam, nec etiam significetur, quia verba animi (ut dictum est) Character & signum sunt. Cur alienum vos verbis Christi, contra ipsius dispositionem & voluntatem, affingitis sensum, peruertendo, detorquendo, imò crucifigendo institutionis? Si enim hi non sunt audiendi, qui cum ex verbis testatoris sententiam aliquam elicere non possunt, dicunt: Si testator ipse videretur interrogaretur de sua mente & voluntate, haud dubiè hanc esse affirmaret multò minus vos audiendi, qui sacrificium huic ipsius testamento superdinatis, præsertim cum vestra Missæ sacrificium cum natura vniuersi Christi sitis.

Sacrificij, & contra totam Sacram Scripturam, de eius officio, pugnet. Et quis insit vos in hunc finem & Usus conficere? Comedere iussit Christus, ut miteme vero offerre corpus suum, & bibere in Coena sanguinem, idq; ad huc mortis & passionis commemorationem, ut fides inde nostra confirmetur. De Patribus respondimus antea.

Non ergo *λογιαζία* est, hoc est, contentio de vocabulis, quia *vi-* Fol. 165.
delicti vocabulum Sacrificij non reperitur in Coena Dominica institutione, ideo nos negare Missae Sacrificium. Non tam de vocabulo, quam de re agimus, & quidem longe omnium maximis, litigamus. Hispani, reos vos agimus & convincimus sacrilegij & Violationis Testamenti, à filio Dei Ecclesiae instituti: quod Coenam Domini, in qua nobis exhibet corpus suum vescendam, & sanguinem bibendam, ad fidei confirmationem, in actionem plane dicitur, ad eodq; contrariam, conuertatis: qua in Missa vestra offeratis ea Deo, in peccatorum expiationem, pro viuis & defunctis, quod est, ut vocant, Sacrificium verè propiciatorium.

Hoc pernegamus instituisse Christum, cuius solius hoc est proprium, quod & semel, ut ante aliquoties est dictum, non quidem in Coena, sed in cruce perficitur: Nec potest nec debet repeti, sicut etiam hoc facere non praecipit. Sed caecus est & surdus Hispanus, in Scriptura S. nihil videns, nec audiens, sed melancholicorum & furiosorum instar, qui mentis non sunt composites, & usu rationis carent, tantum vociferatur, suumq; ingeminat Sacrificium, ut lupus agnum & ouem.

Nam quod Patres Graeci Coenam Domini increuentum vocant Sacrificium, nequaquam, ut aduersarij, Christi opponunt Sacrificio, in cruce crucis peccato, ut ita duplex Christi facere Sacrificium, diuersimodè oblatum, utraque cruentum, in Missa idem planè increuentum, sit illis propositum. Non enim in ipsam Pontificiorum distinctiunculam disertè Scriptura S. reprobatur, cum Christus semel in sancta ingressum testatur per proprium sanguinem, aeterna redemptione inuenta. Et unica oblatione in aeternam summam esse sanctificandos. Quod si Christus sua passione nos consummat & perficit, aeternamq; peperit redemptionem, per proprium sanguinem in cruce, non in Coena profusum: Non ergo repetitione eiusdem in aeternum, increuento modo opus est, quod citra blasphemiam sanguinis & passionis Christi fieri nequit. Signum enim est imperfectiōis. Simplex itaq; & unum est, perfectum est Christi Sacrificium, non duplex & imperfectum.

Non.

Non igitur ad Missam Papiſticam referendum est, quod de sacrificio dicitur in tribus dicitur incruento: Sed distinguunt inter cultus Veteris & Novi Testamenti. Illi enim externi erant: constabant pecudum mactatione, & sanguis fundebatur & spargebatur. Huius sunt interiores mentis spiritus absque sanguine, incruenti cultus. Quemadmodum & Apostolus ad Cor. alludit, taciteque opponit, dum scribit: Obsecro vos, ut exhibeatis vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, ἁγίαν καὶ ἀσπασίαν rationalem illum cultum vestrum. Et quia inter Novi Testamenti cultus præcipuus Cœna Domini: Ideo hac quoque ratione, generaliter accepto vocabulo, eam incruentum vocant cultum. Sic enim Cyrillus scribit. Antequam enim eam, quæ secundum carnem est, mortem virginis filii Dei

Rom. 12.

Cyrill. Epistola
Cont. Nestor. ii.

est, Iesu Christi, & ex mortuis resurrectionem, inque caelos assumptionem fitentes, incruentam in Ecclesijs perficimus cultum (ἀσπασίαν) accedimus ad mysticas benedictiones, & sanctificamur, efficiamurque participes sancti & preciosi sanguinis nostri omnium Salvatoris Christi. Hæc ille. Non de sacrificiatione Papiſtica Missatica loquitur. Nihil minus quod nos quoque facimus in Cœnæ administratione, secundum Christi institutionem, ANNUNCIANTES, inquit, mortem virginis filii Dei secundum carnem, eiusque resurrectionem, & assumptionem in caelos CONMEMORANTES: Hoc est, quod dixit Christus, Hoc facite in mei commemorationem, dicit Cyrillus: Sacrificamus, offerimus præclara tuæ Maiestati, ut Cœnæ gratiam, sed ANNUNCIAMUS & confitemur mortem ipsius. Deinde, accedimus ad mysticas benedictiones, efficiamurque participes sancti & preciosi sanguinis nostri omnium salvatoris. Communio hæc, sicut in Ecclesia & omnium presentium (unde in Canone nudum vocabulum communicantes, retentum est, sine re, putamen absque nucleo) Hic cultus, sic est, & fuit, quem Cyrillus, alijque Patres Greci, vocant incruentum.

Id. lib. 10. contra Iul. Adhibemus autem & sacrificia spiritibus & mentalia. Nam illi, qui ex sanguine sunt Israel, offerebant Deo vitulos & boues, turtures & columbas, & ex fructibus similitam oleo confertis & lagana & thura. Nos autem tam crasso ministerio relicto, præceptum habemus, ut tenue, ac spirituale, & subtile perficiamus. Offerimus enim Deo in odorem suavitatis, virtutes omnigenas, fidem, spem, charitatem, laudes, &c. Istud enim sacrificium minime carnale, simplicem, & secundum naturam

corporeum decet Deum, & mentalis fragrantia oblationes sunt verè ho-
 stie vitæ modi. Ita enim alicubi dicit ipse: Misericordiam volo, & non
 sacrificium, & agnitionem Dei magis quam holocausta. Hactenus ille. Ex
 quibus manifestè apparet, Coenam Domini, quòd incruentum à Patribus di-
 citur sacrificium, non Christi in cruce, secundum Papiſticam opinionem,
 sed Veteris Testamenti sacrificijs, quæ sanguine constabant, opponi. Postea
 in eodem verbo vocabulo, ex scente superstitione, & obscurata doctrina syn-
 cræ de Coena Domini, Missam inde fecerunt oblationem, sacrificiationem,
 & crucifixionem Christi nouam, quam incruentum vocarunt sacrifi-
 cium, quo Christum Deo offerant: de qua Christus non cogitavit unquam.

Secundum meum argumentum, quod sibi extanto numero pro arbi-
 trario refectandum elegit, plerisq; & quidem præcipuis prætermis-
 inde quædam excerpens, quæ ut atelli lacrimas, lacerat, esse dicit, licet de-
 trunatum & mutilum proſe at) ideoq; verba integè repetam, quæ ita era
 habent: Quod si igitur verba institutionis Coenæ Dominiæ v. l. saltem obi-
 ter inspexerimus, vel etiam probe examinare voluerimus, nullum certè in-
 uenimus sacrificium, quo v. l. Christus se ipsum, in ea, Deo Patri cœlesti ob-
 tulerit, vel discipulis suis offerendum se præceperit, sacrificium pro pec-
 catis viuorum & mortuorum. Non enim D. o Patri cœlesti obtulit sese,
 suumq; corpus & sanguinem, sed discipulis suis dedisse comedendum &
 bibendum, non autem offerendum, scribitur. Sicut nec Patrem alloquitur
 in ea, sed cum discipulis sermo ipse est, bis dat, & accipiunt: v. l. non
 offerant, sed ut edant & bibant ex eo omnes, &c. Et quidem hoc eos
 ferre præcipit, quod tum in Coena faciebat ipse, idq; in sui commemora-
 tionem.

Ad hoc hisce verbis respondet. Etsi enim, quod ipse circa Eucharis-
 tiam fecit, à nobis item fieri iusserit, neq; quicquam aliud, quod huic repug-
 nat, sicut Cyrianus rectè disputat: non tamen iussit illud solum fieri, iussit
 eam Eucharistiam celebrari in memoriam passionis suæ, adeoq; illius re-
 creationem fieri, non tamen ipse eam similiter celebravit, cum nequirit
 in memoriam tunc reuocari, quod gesum nondum erat. Sic iubere etiam po-
 terat oblationem crucis, à nobis, modo quo potest, incruentè, repeti, quam
 post futuram memorauit, dicens: Quod pro vobis tradetur, et amfi-
 Coena tempore non se sacrificasset.

M

Valde

Fol. 166.

Disputat con-
Proposit. 9.

Fol. 167.

Valde liberalem esse Hispanum, cum suis, in fingendis culbris
 alij Disputationibus nostris, est manifestum. Ita hic quoque statuit, licet
 stamento Christi superordinare, modo non repugnet huic, quod Ch-
 instituit. Hoc enim ita Cyprianum explicare. Non enim illud solum
 Christum fieri, quod ipse fecit. Et quod probare id conatur: quia Ch-
 ibi non in suae passionis memoriam celebravit: Ridiculum sane et ad-
 dum hoc est. Quia Christus non sibi, sed discipulis suis, instituit. Cum
 Deinde, hos, quotiescumque, celebraturi essent Coenam hanc suam, docer-
 niret, facere hoc iussit, in sui commemorationem, hoc est, ut Apostolus in-
 pretatur, mortem suam tum instantem, quam subiit, et passionem
 tum futuram, postea vero peractam, annunciare. Et ita rite tum quae
 porro, celebrabatur. Puerile autem valde, et ineptissimum est, ad
 phisticum, ita argumentari: Memoria est praeteritorum. Christi passio-
 nis, ista peragi. Quasi non antea quoque, sacrificijs Veteris populi mor-
 ti fuerit annunciata, et praefigurata: Ludit autem praestigiosus
 commemorationis. Sed id Apostolus interpretatur, per annunciationem
 praedicationem mortis Christi: Quam certe, in Coena illa postrema,
 stus multis admodum haud obscure praedixit. Non ergo alicuius quod
 stus a sua fecit institutione, ut Hispanus nuzatur. Et quod ad Cyprianum
 net, iniuriam illi Hispanus facit. Minus enim dicit, licet adde-
 quaedam facere, quam Christus fecit, modo non repugnet illi, quod Ch-
 instituit: Sed haec eius sunt verba de Coena loquentis: NIHIL ALIUM
 QVAM QVOD ILLE FECIT, FACERE DEBE-
 MUS Item: Nam si in sacrificio, quod Christus est, NON NISI
 STVS SEQVENDVS EST, utiq; id nos obaudire, oportet,
 oportet, quod Christus fecit, et quod faciendum esse mandavit, cum in
 Evangelio suo dicat, SI FECERITIS QVOD MANDAVI
 VOBIS iam non dico vos servos, sed amicos. Et quod Christus solus de-
 beat audiri, pater etiam de caelo contestatur, dicens: Hic est filius meus
 lectus, in quo bene sensi, ipsum audite. QVARE SI SOLVS CH-
 STVS AVDIENDVS EST, NON DEBEMVS ATTENDE-
 QVOD VID ALIQUIS ANTE NOS FACIENDVM PVTAV-
 Sed quid, qui ante omnes est, Christus, prior fecerit. NEQVE EN-
 HOM

Cypr. lib. 2.
 Epistola 3.

DOMINIS CONSVETVDINEM SE Q VI OPORTET, sed Dei ve-
 ritatem. Item: Sacramentum Dominicæ passionis, & nostræ redemptionis,
 si non est in aliud, quàm quod diuinitus institutum est, humana traditione
 mutare. Quibus verbis docet, & aliquoties repetit, prorsus nihil licere
 cuiquam creaturæ addere. Non enim Cyprianus tantum, quod vult Hispanus,
 de repugnantibus ordinationi Christi loquitur, sed quod prorsus nihil
 aliud, quàm quod Christus fecit, facere debeamus. Item: Non nisi Christum
 sequendam. Item: Christum solum audiendum. Et: Non debere nos attendere,
 quod aliud faciendum putauerint. Item: Non oportere nos hominis consuetudi-
 ni insequi. Quid his manifestum? Quid significantius, quid copiosius in hoc
 argumendi genere dici posset? Abi ergo in malam crucem, furcifer, cum Mis-
 se tue centonibus, assumentis, & lacinijs Pontificum tuorum.

Hic verò aduersus me insurgit. Primum, quod Euangelio aduersus, *Fol. 167.*
 eum dico: Sicut nec Patrem alloquitur in ea Cæna, sed cum discipulis ipsi
 sermo est. Respondeo: Non simpliciter loquor, sed (vt mea verba manifestè
 habent) de Cæna administratione. Hic res ipsi & sermo est cum discipulis,
 hos alloquitur, his dat panem, dicens: accipite, &c. Deinde, quod ex iisdem
 verbis colligam, ipsum sese Patri non obtulisse: inquit: am me meam luculen-
 ter proderes aut saluus homo. Quod si enim maxime, inquit, nulla tunc ver-
 ba fecisset ad Patrem, eoque subtilitas est, inde colligere, ipsum Patri nihil ob-
 tulisse? Consideres diligenter illud, que admodum animi motu in primis res
 aliqua offeratur Deo: tunc intelliges, Christum, vt sese sub panis viniq; spe-
 ciebus mirabiliter confectum, eterno Patri vel ante, vel in ipsa actione ob-
 tulerit, nullis verbis indiguisset.

O diuinum ingenium. Hoc scilicet est supra vulgus sapere, videre non
 modo que ante pedes sunt, sed etiam, que in mente Christus voluit, animiq;
 nobis motus perspicere, qui verbis scripturæ nullis vsquã sunt expressi. Hec
 verè plus est quàm Lynceum esse, imò verò plus quàm Salomonè profundissi-
 mus, cuius cordis sapientia fuit, vt arena maris. Huius haud dubie spiri-
 tus sapientia quæcunq; super Hispanum. Hos igitur animi Christi motus,
 quibus Christus in Cæna corpus suum Deo Patri obtulerit sacrificium, Hi-
 spanus cum perspicere potuit, quid mirum est, videre etiam cum ibidem
 Missæ sacrificium, quod nos cæci Lutherani videre, & surdi audire
 non possunt: quia nusquã in Scriptura S. extat. Sed quid ago? Hic demum me
 M ij in scilicet

1. Cor. 2.

inscitiam meam scripturæq; ignorantiam luculenter prodere, Evangelium aduersari, exclamat, cum Apostolus scribat: Nos Christi mentem et nos quidam ergo & animi ipsius motus cognoscere & perspicere possemus, ubi sese, sub panis viniq; speciebus mirabiliter (vniq; mirabiliter) et ætæ, eterno Patri, vel ante, vel in ipsa actione, obtulerit, ad quos nullis bis indiguerit?

Odi osum hoc est hominum genus Pontificium, quod sibi rerum omnium scientiam arrogat, sibiq; stolidè superbiendo mirum in modum existimat, sed quid facias, respondendum est stulto, ne sibi sapere videri Paulus certe nequaquam hoc vult, Christum nullis indiguisse verbis, sed sibi mentem nobis declarat suam. Dicit quidem: Nobis autem Deus reuelatus per spiritum suum, sed heus Hispanice, tu, tuq; colluies Sorbonica, memineris Apostolus Paulus, nec eam meremini fidem, quam ille, qui in celesti Theologiam didicit. De reuelatione diuina alius inquit Apostolus Deum nemo vidit unquam: FILIUS QUI EST IN SINU PATRIS ENARRAVIT NOBIS. Iam eodem modo ostende Hispanice, ubi, quando, quomodo, quibus, Christus enarrauerit & declarauerit, si docueris nos tuæ non dico diuinationi, sed fatuitati, fidem non habebimus, sed vanum te, friuolum, erroneum falsarium, & Pseudopropheta[m] esse nuntiabimus, cui Deus huius seculi, per spiritum suum, qui spiritus est dacijs & vertiginis, hæc reuelauerit. Nam quod nuzatur, verbis Christi non indiguisse, quibus se vel ante, vel in ipsa actione obtulerit: hoc quod aperte fatetur, ac docet, vera se eius rei destitui probatione, & fundamento cause se laborare, seq; Christi verbis prorsus carere miseris. Verò fidem tibi, Hispanice, narranti non habemus. Et cum Dauid ait:

Ioan. 1.

DEUM NARRAVERUNT MIHI INIQUI FABULATORES, sed non ut lex tua. Maxime nobis verbis Christi opus est, ex quo rem tantam discamus, & credamus, Missam tale esse sacrificium: sine quo certis enim fides auditorum claudicat. Et alijs cuius eodem modo licet Christo, eiusq; animi motu, quiduis pro arbitrio fingere, nec ullus erit modi figmentorum modus aut finis.

Psal. 119.

DEUM NARRAVERUNT MIHI INIQUI FABULATORES, sed non ut lex tua. Maxime nobis verbis Christi opus est, ex quo rem tantam discamus, & credamus, Missam tale esse sacrificium: sine quo certis enim fides auditorum claudicat. Et alijs cuius eodem modo licet Christo, eiusq; animi motu, quiduis pro arbitrio fingere, nec ullus erit modi figmentorum modus aut finis.

3. Ad id, quod dixi, si Christus in Coena se obtulisset Sacrificium, quo
 et iam, in Missa, peccata viuorum & mortuorum expiuntur, non ne-
 esse fuisse, postea Christum in cruce pati, admodum frigide & impie re-
 spondet. Nihilominus tamen Sacrificium illud Coenae quadantenus etiam ad
 remissionem peccatorum valuit. Sed hoc dicit tantum, nihil probare vo-
 lens, verum ad sequentia rejicit & differt responsum. Scriptura autem
 minus tantum cruenti Sacrificij Christi, semel in cruce peracti, mentio-
 nem facit, de quo supra. Et docet, absq; sanguinis effusione remiss. p. nõ fieri.

4. Dixi, ex Verbo (datur) non posse probari Missae Pontificiae Sa-
 crificium, quod sit enallage temporis, ubi praesens pro futuro, vsitato Scrip-
 turae more, ponatur: Quod Hispanus negare non potest. Et tamen nihil-
 Fol. 170.

ominus posse simul ac debere idem Verbum, iuxta propriam significationem,
 ad Sacrificium etiam praesens in Coena factum accommodari, siquidem aliun-
 de grauius suppetant rationes, vt intelligamus, tunc etiam, Christum in-
 cruentè se sacrificauisse. Respondeo, cum iam certum sit, & concessum
 ab aduersario, Verbum istud DATVR ad futurum crucis oblationem refe-
 rendum esse: probandum est iam Hispano, Christum etiam in Coena Deo
 Patri corpus & sanguinem suum obtulisse Sacrificium. Tum haud inuiti
 dabimus, etiam ad hoc illud referendum. Sed rationes nullas dum audiimus
 graues, nedum, vt gloriatur, grauisimas, verum planè friuolas imò, nullas.
 Quodq; admodum me non esse Haereticorum more, ad figuras confugien-
 dum, relicto sensu proprio: admittimus hunc, cum illum Scripturae locus
 commodè admittit. Quod hic fieri non potest, nisi prius probetur, Christum
 se in Coena obtulisse, quod ad Calendas Graecas Hispanus cum suis faciet.

Sed hic memoriam accuso Hispani. Si enim huius regule meminisset,
 illam in Missa sua tanto labore quaereret frustra Sacrificium: cum nulla
 sit illic figurata, sed tantum propria verba: panis, vinum, dedit, accipere,
 bibere, corpus, sanguis, facere hoc, commemoratio vel annunciatio mor-
 tuarum. Haec omnes intelligunt sensu praediti, non de oblatione vel Sa-
 crificio Christi accipienda, sed actione praesenti Coenae Dominicae. Quibus
 nec multo verborum praestigijs, eorumq; detorsione priorum per-
 longissimas ambages & circumductiones varias alienum prorsus ab illo-
 rum proprietate effingit Hispanus sensum, vt mira arte suum inde Sacrifi-
 cium Chimia quasi excoctum producat. Quod verò infringere conatur
 id quod

id, quod dictum est à nobis, Verba: Quod pro vobis datur, esse substantialem, mutatis similibus ex istis, quae formulam baptismi precedunt: et in mundum uniuersum, &c. quae non sint necessaria: Ita etiam hoc in Coena Domini quicquam ad substantiam Coena facere: longè errat Hispanus, & ingens est à sermone inter haec & illa. Quis enim videt, d. n. r. sum esse, & separatam à Baptismo, docendi ministerium. Misit me, inquit Apostolus, Christus baptizare, sed praedicare. Verba autem quod pro vobis datur, non media sunt modo institutionis Verba, sed sunt, & determinatio substantialium Verborum Sacramenti, quibus primitur, quodnam sit aut quale corpus, id quod in Coena porrigitur, quae si omittantur, non possumus esse certi de substantia corporis praesentis, sed vel allegoricum vel metonymicum (ut cum se Vinea vocat) esse, homines iudicabunt. Cum vero additur, id corpus esse, pro vobis est traditum, certissimi sumus, ipsissimum & verissimum Christi corpus. Quia non allegoricum vel Metonymicum pro nobis dicit corpus, sed verum suum naturale, quod ex Maria per Spiritum assumptum. Quod si Verborum Christi, ut fingunt Pontificij, quibus nam Domini instituit, recitatione conficitur hoc Sacramentum & Christi, vsq; adeo, ut ne quid in particula, ENIM, ab hominibus propter causam ociose addita, sine grandi peccato omitti possit, secundum. Quamò minus haec Christi Verba institutioni inserta, quibus sit dicitur ratio corporis eius, quod in Coena habetur, omitti possunt, aut debent.

Fol. 172.

Sed parum hoc refert apud Pontificios, quoad Missam, quia in Canone ipsorum, ubi praxis Sacrificij describitur, oblationem & prolationem Verborum illorum: QVOD PRO VOBIS DATVR, non pendere, nemo dubitat. Respondeo, Verum est, propterea nihil refert in Missa, si haec, siue etiã alia Verba omittantur, si dantur, habeantne corpus Christi verum, vel fictum & metonymicum. Sicut etiam, quod verè dicit, oblationis vsus non dependet ab illorum Verborum prolatione: Quod pro vobis datur, imò ne qui dem ex tota Christi institutione, quae nihil tale habet. Id. o autem vobis Sacrificulus sufficit, quing; ista Verba, HOC EST ENIM CORPVS MEVS, vel corpus meum, aut corpus meum, vel corpus meum. Tum enim conficitur, quod

Gabr. super

Can. Missae lect.

38. litera. P. & haec praxis Sacrificij vestri exercetur, ut descripta est in can. in quo

R.

missa. & hic non latrat, sed mutus est. Alias si inserta essent, & nobis omitterentur bone Deus, quos clamores Hispanus iste clamator, non esset excitaturus, hic sacrilegi, & Scripture S. S. corruptores, & c. audiamus, hic vsq; ad raium vociferaturus erat, & Hereticos ingeminando clamaturus. Cum vero praxis id habeat Ecclesie Rom. optime factum.

Posse fieri respondet. Vt eadem Eucharistia Sacramentum sit, quod sonatur, & Vt sacrificium offeratur Deo, contra id quod dixi, Christum nos duas Cenas vel actiones diuersas instituisse. Respondeo: A posse ad esse non sequitur bona consequentia: Christus potuit hoc facere, ergo fecit. Voluisse id facere, & fecisse, id demonstrandum erat, & quidem ex verbis institutionis. Hec vrgemus, hisq; vobis molesti erimus vsq; donec ex eisdem oblationem & sacrificium a Christo oblatum, & Vt idem nos quoq; faciamus docuisse & p. accepisse, doceatis. Nam quod ad agnum, Paschalem atque tinct, supra cuiusvis, Deo non oblatum fuisse. Sic quod antiquitatem sibi susfragere dicit, responsum est antea. Nec enim alios v. l. Patres vel matres in hoc negotio agnosimus, quam Euangelistas & Apostolos, super quorum fundamentum Ecclesia est edificata. Sic ingens est dissimilitudo in exemplo, quod affert de ministro exhibente Eucharistiam, & laico sumente. Ille enim non tantum Deos, sed homini, cui ea est instituta, exhibet.

Conatur etiam sui in Eucharistia sacrificium ex typo agni Paschalis, qui simul Deo sit immolatus, & a populo comestus, p. obare. Huc, n. typum Cene Domini, & Christi vocat, Eucharistia fuisse. Ideo etiam in hac vtrunq; faciendum est. Sed respondemus, figuram nihil probare. Deinde nego, agnum illum Cene typum proprie fuisse, sed Christi, qui verus est ille Dei agnus, & pascha, pro nobis immolatus in cruce, vbi typum esse impletum idem testatur Apostolus. Vbi oggannit aduersarius, eruentem ibi completum: in Cene autem sacrificio quoq; fuisse impletum, in cruentem. In hac enim nequaquam exemplum fuisse, minime Ioannem esse testatum. Respondeo, prestigiam, & amore passim sacrificium suum admiscere conatur, quacunq; oblata credens, imo etiam nulla oblata, sed temere arrepta. Nam de isto in cruce Christi in Cene sacrificio nullum prorsus extat vestigium, quod imitari non audes, quantumcunq; impudens, Hispane. Eundem exemplum Cene in cruentem, ego nego, tu, qui as & affirmas, proba: proba: non conuincis, v. l. soles, aut quia ille, vel ille Pater ita sensit, & est

Fol. 178^r

Eph. 2^d

Fol. 176^v

1. Cor. 3

intra



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

interpretatus, cuius solus r. corrigiam calceamenti Heerbrandus (scribit Hispanus, & supra quoq; dixit) non est dignus (hi enim quales minimè curro, ut scias Hispane) sed ex verbis institutionis Coenae nicae, quae fundamentum sunt totius aulse, & quidem, ut iam paulo est dictum, propria, aperta, manifesta, non figurata, tropologica, & apophorica, ut dicas à nobis intelligi non posse.

Porro quod ait, Paulum in illo ipso loco, quem imprudenter nobis citemus, ubi dixit: Pascha nostrum immolatus est Christus, ob nem Eucharistiae à Christo factam, prater Chrysost. autoritatem, nobis sine stultitia contemni nequeat illud etiam, quod è vestigio scripturae confirmare: Epulemur in azymis sinceritatis & veritatis, ubi ad azym panem, sub quo Pascha, non iam Iudaicum, sed proprie nostrum, Christum immolatus etiam increuentè sit, allusit. Vbi verisimium esse, quod dixi, Hispanum omnia, quaecunq; legit in Scriptura, per virtum oblatione & sacrificio afficere, ideoq; nihil nisi sacrificium & oblationem crepare, apparet. Quam enim imprudenter, quam stulte, ad oculum, panem azymum Noui Testamenti, quo Pascha nostrum sit mandatum, quem Apostolus de totius vite conuersatione, sinceritate in doctrina & morum integritate, interpretatur, ad Eucharistiae oblationem transferre nemo est, qui non videat. Mirum igitur est, quod homo iste passim nisi sacrificium & oblationem Missae videat.

Sicut etiam eadem imprudentia asserit: Paradoxon esse, quod dicitur: Agnum paschalem non fuisse sacrificium proprie, sed sacramentum totius populi. Est enim concedere cogatur verbum Hebraeum Schachath, ubi re proprie significare, sicut ubiq; Exod: 12. et Num. 9. ubi eadem repetitur, in hac significatione positum est, quia nec à sacerdote, neq; populo, quicquam de illo est oblatum Deo, quod repeto Hispane: non tamen hoc iam dicto cap. habeatur: Quia sacrificium (Paschae) non oblatum Domino: mirifice nuzatur, quod hunc locum non viderim, vel praeuertitur.

Num. 9
Fol. 178. & de vno tantum loco Scripturae laborans, nihil proficiam. Deinde appropinquo, inquit, interpretabitur verba ista: Quia Corban Domino non oblatum fuit? Pro his certè verbis dubium non est apud Hebraeos: quia sacrificium non oblatum, quia illa verba latina proprie rectèq; sint reddita: quia sacrificium non oblatum, &c. Respondeo, Non ignoro, haec ita esse à

Num. 9. & de vno tantum loco Scripturae laborans, nihil proficiam. Deinde appropinquo, inquit, interpretabitur verba ista: Quia Corban Domino non oblatum fuit? Pro his certè verbis dubium non est apud Hebraeos: quia sacrificium non oblatum, quia illa verba latina proprie rectèq; sint reddita: quia sacrificium non oblatum, &c. Respondeo, Non ignoro, haec ita esse à

interpretetur. quibusquis ille fuerit, reddita: Sed nemo etiam est, qui vel primis
 verbis Hebraeae linguae Elementa gustavit, qui non intelligat, Ko: ban, non
 proprie Sacrificium (quod tamen Hispanus dubium esse negat) sed generale
 oblativum, omnium quae offeruntur: & munus ac donum, adeoque
 Eleemosynam significare, maxime quae arario Ecclesiastico donabantur.
 Cuiusmodi sententiae testem habeo, imò authorem, fide dignissimum. *Marc. 7.*
 Cui se recitentem hanc vocem H. bream Corban, ipse interpretatur, Corban,
 nuncians, quod est d'ōpōy, id est, donum, vel munus: Hinc Corbona dicitur *Matth. 27.*
 ararium Ecclesiasticum, in quod dona & munera templo data mitte-
 bantur, & custodiebantur. Iussi autem sunt mares omnes & singuli quot-
 annu ad Paschatis festum ascendere, & non vacui absque muneribus suis
 comparere coram Domino: Qui ergo non ascendebat cum domo esset, &
 posset, ut fieret phrase Domino, exterminabitur, inquit, anima illa, quia
 munus (non Sacrificium, sed munus, Hispane) non attulit Domino. Audis
 ergo Hispane quomodo interpretetur locum Num. 9 (de quo tu curiose ad. d.
 querebas) imò non ego, sed Evangelista Marcus: Et quid dico Marcus.
 imò spiritus? Et quod tu dubium esse negabas, id non modo dubium
 esse & incertum, sed falsum esse docui ex Scriptura S. ut intelligas
 hunc locum me vidisse, nec prateriuisse, quod tu, qui tuis vitris infectis
 in perpetuo Scripturas obiter inspicis luscus vel lippientibus oculis, so-
 les. Itaque valde me tui miseret, quod tanto conatu, tantas tuas protrudas
 nugas, quo tuis, quos cum tuis sodalibus à nostrorum lectione prohibuisti,
 nec esset tua haec mendacia legant (& tu auctoritatem tuam, qui mera vi-
 deris otacula crepare, apud illos amittas) videant & animadvertant. Sed
 quid, quae so te, tandem nugandi, fallendi, mentiendi, & loca Scripturae
 corrigendi, finem facies?
 Admonui te antea, quod si nolis Missam tuam impiam & sacrilegam
 facere, saltem Scripturam, quam non intelligis, tibi obscuratam,
 non faceres. Et Scotum tuum, Thomam Aquinatem, Holzhot, Bricot,
 Misch, & isch, aliosque huius farinae doctores diurna nocturna manu, Ver-
 sariosque, versares. Nam profecto ad Scripturas S. asinus es ad ly: am.
 Quibus tamen multoties demonstraui. Idque hinc tibi adeo accidit, quod in
 ea quae velis Missae Sacrificium & oblationem pro viuis & defunctis,
 esse in pronominum nullum, dictio nulla, syllaba nulla, iota nullum, adeoque
 N. Resignium

Vestigium nullum in ea extet. Et perinde facis: Vt Iudei qui, per petros
santur in Mosis & Prophetarum lectione, in eisq; Mesiam quaerunt
quidem de illo scripserunt, sed talem, qualis illic describitur, nolunt im-
plecti, adeoq; nec quem habere cuperent, inveniunt. Ita tu cum tu
Iebuseis, & Pontificia cohorte, Missam vestram in eadem quaeritis
sed inuenire nō potestis, quod nulla in ea extet aut habeatur q; hac: par-
te, quae vulgaris est Laicorum communio, non curatis, quod inde ca-
vestra frigerent. Sicut Iudei noluerunt agnoscere pauperem Christum
sed in crucem egerunt.

Fol. 179.

Quin eō demeritiae & vesaniae miser progressus est, ut ma-
nifeste absurdum concedere, quāvis Missae suae non misera querere
videlicet, immolationem siue oblationem agni Paschalis, promiscue
factam & usurpata esse. Quia videlicet non sit ex ratione
stantia Sacrificij, ut à solis sacerdotibus offeratur. Etsi autem non
agimus, quid de substantia sit Sacrificij: certum est tamen, consuetu-
politia gentis Israelitica, non licuisse cuiquam ad altare accedere, ad
crificare, nisi solis sacerdotibus tribus Leuitica. Quamobrem Rex
cum tantum thymiama adoleret, & incensum Domino offerre vellet,
percutus est. Et sua lege cauit Dominus, ne quis, nisi consecratus, ad
re, sacra facturus, accederet. Cum autē ante eum dentissimis Scripturae
monis comprobatum sit, agnum Paschalem Christi, in cruce oblatum
fuisse, qui ibi tum in eo fuerit completus, quod nec Hispanus ad
frustra laborat suis coloribus & pigmentis, quibus typam ad Missae
sacrum sacrilegum applicare conatur, cum Missa Pontificia merum
mentum & signum humanum, in Scriptura sacra nullum habet
mentum, aut testimonium, nihil eum Christi Sacrificio, quod totius
predictum est in Veteri Testamento oraculis Prophetarum, Variis
& Sacrificiorum speciebus, auctoritate diuina insinuat, adumbratum
mune habeat. Vbi Christus filius Dei & hominis ipse semel, ad excus-
& exhaurienda peccata totius humani generis, consilio & Voluntate
Patris, seipsum suūq; corpus victimam, in ara crucis, sacerdos suūq;
crificium idem, obtulit. Cum Sacrificium uelut homo peccator, absq;
Dei mandato, imò contra Christi oblationem consummatum & perficitur
se

est mediator inter Deū & hominem, offerre quod se dicit corpus, quod
 se consecravit ex pane, & sanguinem ex vino factum, in Sacrificium verē
 expiatorium. Iterum sibi ipse crucifigens Christum.

Ideo non vana est cavillatio, sed veritas, quod scripsi, si agnus Pa-
 schalis est immolatus à multitudine Israelis, & fuit typus Missæ (quorum
 totum verum falsum esse hæcenus docuimus) tum sequitur, Missas etiam
 à proniscula multitudine, & quidem cruentè, celebrandas, in eisq; Sacrifi-
 cium offerendum: Ut scilicet typo respondeat veritas. Nam quod dicit, ob-
 stare impossibilitatem, quia Christus non amplius maculari aut mori possit.
 Respondeo: Ideo etiam sequitur, non idem vos facere, quod Christus, nec in
 Missa idem haberi Sacrificium, quod Christus Patri obtulit. Nam quod de
 instructo Sacrificio nugamini, & alia hic plurima, de consecrationis vestra
 planè magica, deliria sunt ociosorum Sophistarum. Pudere itaq; te merita-
 to debebat, ni fronte careres, impudentissime tue impudentie, plus quàm
 cavere, quod profiteri audes, te, ex verbis institutionis Cene Domine,
 in Missa vestra Pontificia verum veri corporis & sanguinis Christi esse
 Sacrificium, probasse: cum hæc ex Diametro cum Cena Domini pugnet,
 in qua tamen Patri Christus se obtulit, sicut nulla ratione, nullo Scriptura
 testimonio, aut verbo, si gnōne, doceri id potest, ni fortè Canon Missæ, Scrip-
 tura sit canonica, (sicut certè maiorem ille habet apud Pontificios authorita-
 tem) in quo dicitur Christus, elevatis in cœlum oculis, gratias egisse: Sed ab
 Evangelistis & Apostolo, discipulis eius scribitur, suum corpus & sangui-
 nem edendum & bibendum dedisse, qui & ex mandato ipsius acceperunt,
 manducaverunt, & biberunt illud. Sacrificuli verò Deo offerunt in Mis-
 sâ, cum tamen aliud non sit faciendum, quàm quod Christus prior ipse
 in ea, si Cypriano fides habetur. Christus communicavit & dispensavit
 discipulis. Sacrificuli nemini communicant in Missa, sed soli vorant omnia,
 non solum contra Christum, sed etiam Ecclesie, & Pontificum, statuta & de-
 creta. Unde nec communiō est, aut Synaxis, Cœna Domini publica est actio
 Ecclesie, quemadmodum Apostolus describit: Missa priuata vnius Sacri-
 fici, & systronica actio. Christus in Cœna suæ celebratione & administra-
 tione mortis suæ fieri commemorationem, hoc est, interprete Apосто-
 lo, hanc fieri predicationem & annunciationem suæ mortis. In Missa
 Pontificia tantum abest, ut mortis Christi fiat annuntiatio, ut etiam pu-
 blicè, & per legem prohibeantur verba ista publicè & palâ annunciare. Un-

de tantum in Missa sua musitant & demurmurant, quicquid illi fit
exaudiri nec intelligi possit à circumstantibus spectatoribus, si qui
Christus presentibus, qui hæc facere possunt, & faciunt, quæ ipse præ
hoc est, qui accipiunt, qui edunt & bibunt, & mortem ipsius præ
sua Coenam instituit. Missæ pro absentibus, imò pro defunctis etiam
illorum facere nihil possunt, celebrantur. Hæc, quæ iam recensuit
Missæ Pontificiæ, plus quam *dis d'ia trico wy* pugnant cum Coena
eiusq; institutione. Sicut & alia multa, ut quod mentiuntur Sacrifi-
culi, Missam suam execratam, Sacrificium esse verò propiciatorium
peccatis viuorum & mortuorum, Valereq; ex opere operato, & opere
de congruo & condigno, & pro omnibus necessitatibus applicandum.
Apostolus requirat, ut homo se probet prius, & sic postea de pane illi
& de calice Domini bibat, qui prorsus, propter contrarium Ecclesi-
asticum, doctore Hispano, Laicis non administratur. Sic, scilicet, Missa
sua nihil variat à Coena, quam Christus instituit. Quod ne Diabolus
dem, mendacij Pater, affirmare ausit, quod facit Hispanus.

Fol. 183.

Secundo, probare instituit prædictum esse & commendatum à
phetis Noui Testamenti externum Sacrificium. Id autem esse
sua, ideoq; legitimum Sacrificium probare conatur. Sed ritiosum
gumentum, vix quisquam est artis Dialecticæ tam imperitus, qui non
A genere enim ad speciem non valet consequentia affirmatiue. Ut si
Hoc est Vinum, ergo est Creticum. Vaticinantur enim illi de Vinum
Sacrificio verè propiciatorio, quod non in Coena, sed in cruci-
eius effectus durat perpetuò. Nostra verò gratiarum sunt actio.

Esse autem suum Missæ illud, ex Prophetarum oraculis de-
idq; sanctorum Patrum auctoritate, qui illa sint hoc modo inter-

Psal. 109. Quale est illud in primis Psaltis, canentis de Christo: Tu es sacerdos eter-

Fol. 184. num, secundum ordinem Melchisedech. Patres autem locum hunc ad

Gen. 14. Sacrificium retulisse. Cyprianum, Augustinum, Hieronymum, Ila-

damascenum, &c. quod videlicet Melchisedech ob mysterium facti

causæ, quod Christus obtulit Deo Patri Sacrificium (qui primus hæc

teranus, in aciem producit, ad probandum Missæ Sacrificium) & ob

hoc idem, quod Melchisedech obtulerat, id est, panem & vinum, suum

Fol. 189. corpus, & sanguinem. Quod igitur concludit: Quis iam queso

Hæc

Herbrandum, & Chemnitium, & reliquam turbam prædicantium, Scrip-
 tura locum, defacerdotio Melchisedech, rectius, quam hos Patres intellex-
 erit. Quis non impudentiam Heerbrandi miretur, qui sit ausus scribere
 nullius esse prorsus momenti signum Pontificium (Sic enim homo
 illius, doctrinam communem Patrum vocat) quo dicunt: Psaltes, cum
 ait: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: ad
 illius Genesios alludere eamq; explicare? Et Heus Veterator, cur non
 alius reliqua, quid videlicet negauerim, nempe, ut immediate sequitur,
 quod contendatis, præcipuè, quod inter alia illic narratur, hoc esse, Panis ni-
 mium & vini sacrificiū, propter quod à Dauide dicatur Christus Sacerdos
 secundum ordinem Melchisedech. Id verò adhuc constāter nego, Hispane, & ideo
 nego, quia ipsa scriptura. S. negat. Nec ideo leuis sum, nedū leuissimus, quod
 sine Petrum, siue matrum Vestrarū loci scriptura interpretationem, cum pace
 eorum, respiciam, plurisq; sacrosanctæ scripturæ authoritatem & enarratio-
 nem faciam, à qua sola totum dependet negotium. Quod si enim intueamur
 & perpendamus exqui sitissimè, nullum, nullum inquam, & quidem pror-
 sus nullum coloci inuenimus sacrificiū, quod illic Melchisedech Deo obtu-
 lerit. It. enim illic habetur, & ad Verbum legitur interpretibus, Sancte Pa-
 trum, & Vatablo, Hebrææ linguæ peritissimis. Porro Melchisedech Rex
 Salem, protulit panem & vinum, & ipse cum esset Sacerdos Deo altissimo.
 Benedictus ei, & dixit, & c. Vbi Vatablus annotat & interpretatur: Protulit
 panem & vinum, id est, lassum & famelicū exercitum regia liberalitate refecit.
 Regem enim exponendum est, ut vulgò, ipsum protulisse panem & vinum, ut
 offerret Deo in gratiarum actionem quod Sacerdos esset. Nam duo dicit,
 que necessario distinguuntur, ipsum Melchisedech fuisse regem & sacer-
 dotem. Quod esset Rex, Abraham ac eius comites accepti hospitio, atq; aluit
 eum & vino. Panis nomine intelligitur, omne cibi genus. Quod autē sacr-
 ium benedixit Sacerdotij, & decimas ab eo recepit. Vetus autem hic mos
 fuit, quia reges erant, simul sacerdotio fungerentur. Hactenus Vatablus.
 Hispane hic ex Verbis textus, & interprete Hebrææ linguæ peritiss-
 imo, de sacrificio & oblatione panis & vini, à Melchisedech facta, audis.
 Vides, ut maxime acutus & perspicax videri velis: sed planè contra-
 riam sententiam, negari nempe & refutari vulgarem tuam opinionem. Panis
 & vini menseo fit, sed ea non Deo fuerunt oblata, verum exercitui fa-
 melico.

Disputat. De
 Missa Pon-
 tificia prop.
 69.

Genf. 14.

Gen. 14.

Audi Hispane.

melico dati, ut ijs resiceretur lassus. Nec tibi interpretis huius oppo-
 thoritatem ne denuo ex te audire cogar, quod in alio tuo contra me scripto
 sit, cum Pontificum Cassandrum, modestius & rectius sententiam tibi
 fuissem, ideo eum tibi non placere, quia nobis placeat. Sed verba pro-
 scripturae aperta, ex quibus oblatio panis & vini probari nequa-
 inde Hieronymum, qui etiam sententiam hanc reddidit, & testatur
 verba eius sonant, in refectionem tam ipsius Abrahae, quam armatorum
 panem vinumque protulisse Melchisedech. Habes etiam, Hispano
 cur Sacerdotis fiat mentio, & quod eius officium, non quod hic oblatio
 quod hic à Melchisedech ommissum esse, divina providentia & vobis
 dubium non est. Vidit enim Spiritus sanctus venturos Missaticos Sacer-
 cuculos, qui hinc patrociniū quaesituri essent suae impiae & execratae
 se, quibus non modò præbere, sed præscindere etiam tales occasiones
 voluit, sed propter vestram indurationem, plus quam Pharaoniam, & co-
 tatem cordis præcauere non potuit. Tertio, opponimus aduersarijs Apo-
 lum Paulum, ex professo explicantem versus Psalms de Christo, qui
 sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, & docet, qui
 sit Melchisedech, secundum quem Christus sit Sacerdos, & in quo
 Christi sacerdotium, & quomodo, ac quibus sit per Melchisedech repre-
 tatum. Vbi prorsus nullam, inter multas collationum species, oblationem
 panis & vini mentionem facit. Docet autem Apostolus ibidem, similitudinem
 Christi & Melchisedech, secundum cuius ordinem sit Sacerdos in æternum
 consistere in ratione, i. personae, qua assimilatus sit, ut ibi dicitur, quia
 quia eius genealogia non annotatur, sed quasi sine patre & matre
 introduatur. Quemadmodum Christus, Dei filius in caelo matre, &
 terris patre caret. Deinde, ratione officij, quod sicut ille, ita hic quod
 mul pacis & iustitiae, & Sacerdos in æternum sit, benedictionem affert
 cut Abrahae est dictum: In semine tuo, qui est Christus, Gal. 3. benedictio
 nes familie terrae. Itemque Dei placans nos illi reconcilians, quod
 oblatione in cruce (non in Coena, pane & vino, vel sub horum speciebus)
 ita iustificans, & in æternum nos saluans. Hoc ipsum Sacrificium durat per
 tuum. Eo enim quod maneat in æternum, sempiternum habet Sacerdotium
 de & saluare potest accedentes per semetipsum, semper viuens ad interceden-
 dum pro nobis. Talis. n. decebat ut nobis esset Pontifex sanctus, in hoc
 dū pro nobis.

Hebr. 7.

Gen. 12.

segregatus à peccatoribus. & excelsior factus caelis. qui non necesse ha-
 bet quoti die, quemadmodum illi sacerdotes, prius pro se, deinde pro sui po-
 puli peccatis hostiam offerre. Hæc & non alia ex scripturis S. Gen. 14. Psal.
 109. Heb. 7. Habemus firmiorem sermonem Propheticum, cui benè facimus
 attendens, tanquã lucerna, luceti in loco caliginoso, donec dies illucescat, &
 lucifer oridatur in cordibus nostris. Hæc diuinitus edita esse à Spiritu S. testa-
 tur Apollolus. Non igitur curamus Hispane, ut scias, quid, aut quomodo, pa-
 tres tui scripserint, aut sint interpretati, nos etiam exhortante Chryso-
 stomo, & dicente: Non igitur multorum opiniones habeamus, sed res ipsas in-
 quiritamus. Quomodo autem nõ absurdum, propter pecunias alijs non crede-
 re, sed ipsas numerare & supputare: pro rebus autem amplioribus, aliorum
 sententiam simpliciter præferim, cum habeamus omnium exactissi-
 mam trinitam & regulam, diuinarum, inquam, legum assertionem. Ideo
 obsecro & oro omnes vos, ut relinquatis, quidnam huic, vel illi videatur.
 DEÏS HIS A SCRIPTVRIS HÆC OMNIA INQ. VIRITE, & ve-
 ras diuitias discentes, eas sectemur, ut æterna bona assequamur.

Sed quid Hispanus ad verba textus de Melchisede. h. Gen. 14. que ex Fol. 190.
 Hebræo (quod nemo negare potest) redduntur: Et ipse Sacerdos altissimi Gen. 14.
 Nos autem hic, inquit, primùm auctoritatem Cypriani, Ambrosij, Hiero-
 nyimi, & aliorum, quos antè citauimus, obijcimus, qui disertè fatentur, Mel-
 chisedech panem & vinum obtulisse Deo. Quid audio? Horrendam
 blasphemiam. Itane ergo plurius vos facitis Patrum vestrorum auctoritatem,
 quam Dei Patris celestis? quàm Spiritus sancti Verba? quàm Biblia? Quod
 vobis offertis, & res vestre sunt comparate, abijciamus Biblia. & ex Pa-
 trum scriptis Thulnadi faciamus. Hoc equidè exoptarèt Iesuita. Sicut supe-
 riorum temporibus, neglectis Biblijs, Magister sententiarum pulpita & Ca-
 thedra Ecclesiastica & Scholastica occupauerat. Sed hæc infelicia fuè: Ec-
 clia secula, & tempora tenebrarum. Iam, Hispano, dicimus: Ad legem & ad Isa. 8.
 quod si non dixerint iuxta Verbum hoc, non erit eis matutina lux.
 Vos tenebris estis immersi. Mosen, inquit Christus, habet & Prophetas,
 & Apostolos. Itè & dicitur super fundamentum Prophetarum & Apostolorum.
 Nos tamen Ecclesie Patres, diuinitus nobis commendatos. Et secundum
 Hebræorum & Patrum scriptis iudicabimus, Et nequaquam vice versa, se-
 cundum rationis huius

Chrysof. 2. ad
 Cor. Homil. 13.
 in Fi.
 Nota bene:

» huius tue impie subijcis rationem, inquit: Vt in eo etiam demonstrentur
 » multitudinem ordinis sacerdotij Melchisedech, & Christi, Resp. Antè demon-
 » stratum est ex Scriptura S. que sui optimus est interpres, in quo illa conspici-
 » multitudo ordinis sacerdotij. Ideoq; facessant nugæ Pontificiæ & Thalmu-
 » Sed hic ait: Etiam si particula (eni n) ex textu remoueat, perinde po-
 » mus ex historia ipsa colligere, quemadmodum Patres. Non enim ea per-
 » la, sed commemoratio imprimis sacerdotalis dignitatis, statim post me-
 » nem factam Vini, panis & indicat earum rerum oblationem, Deo in gra-
 » tum actionem, pro Abrahæ victoria fecisse Melchisedech, Refertur etiam
 » dignitatis commemoratio, Vt series ipsa textus indicat, non ad sequentia
 » ba, sed ad priora.

Plus quàm Satanicam hanc esse malitiam, & scripturæ deprava-
 » tionem esse, necesse est. Vbi Scriptura discretè dicit, & coniungit, Melchisedechum
 » Re zem protulisse panem & Vinum: Et deinde, cum esset Sacerdos
 » altissimi, benedixisse Abrahâ: Hic Hispanus cum suis, planè Diabolus
 » inò furore, discerpi vitraq; & panem & Vinum, quæ prolata sunt à
 » Melchisedech, exercitui eius famelico in refectiõnem, Vt antè ex Hiero-
 » ostendimus: coniungit ipse cum sacerdote, Deoq; oblata fingit ac
 » turpissimè Hispanus idololatræ & Sacrificucuculus turpissimus. Cum
 » Verbum Hebræum Hozî, Deo offerre, sed producere, de promissis (Hæ-
 » getragen.) significet, quod omnes lingue vel mediocriter periti
 » Hec Verba per Vitrum suum sacrificio infectum intuens, & sic
 » agnum subinde ingeminans deprauat Hisp.

Fol. 192.

Sed hic silentio præterire non possum, quod è sui college, cuius
 » est Hyperaspistes, Disputatione contra me, repetit, cum iterq; dicitur
 » is esse omninò iudicij argumentum, à vocabulis, quæ in Biblijs
 » stis habentur, Typographorum V. l. imperitia, vel negligentia
 » vel appositis, magis, quàm ab Ecclesiæ sententia dependere. Vnde
 » nes, mihi cum Satana ipso negocium esse, qui in Esauitas est ingressus,
 » per ipsos loquitur, scribit, & Veræ Ecclesiæ exitum per istos, sua
 » pia, meditatur. Non enim sufficit illi, per collegam eius, horrendam
 » antea euouisse in scripturam S. S. blasphemiam, de qua sunt admoniti
 » me: sed eandem iam repetere Hispano visum est, & cumulare, Pharisæi
 » me Vocans Tubingensem, qui ea fuerim immeritò offensus. Atq; cuius
 » me

hæc Biblia sacra reddere conatur, quasi nihil in ea sit certum, sed etiam
 Typog. aphorwm vel imperitia vel negligentia corrupta. Nij tales terris
 certius pestes Ecclesie, à quarum iudicio, hoc est, opinionibus, magis depen-
 detur nobis esset, quàm à Scripturis sacris, ut blasphemant, corruptis, ut
 pones istos steliq; adarq; Religio, & quod illis videatur, sanctum sit.

Probare deinde conatur, etiamsi concedatur cum Hieronymo & Fol. 192.
 Epiphonio, Melchisedech Abrahamæ panem & Vinum ad refectionem dedisse, &
 nihilominus constare hoc ipsis sacrificium, & id, dicit, plenius intelligitur in
 Melchisedech factis, fuisse designata Eucharistia mysteria, in qua primum ista
 Deo offerantur, deinde verò sumantur. Hæc, Hispanæ, principij est petitio.
 Hoc ipsum enim damnamus, & cum Christi institutione pugnare supra co-
 piosè docuimus. Sicut hic etiam in textu nulla prorsus oblationis fit mentio,
 quam tu peruerstone textus improbe, violenter ingeris, non ex verbis
 colligimus; ex eis colligi potest, nedum plenius, ut mentiris impudentissime
 Hispanæ.

Nam quod nugaris, verisimile esse, exercitum Abrahamæ commeatum, Fol. 193.
 inter alia strolia, ex hostibus retulisse, & significationem potius mysticam,
 quam aliquam Abrahamæ ipsiusq; exercitus necessitatem, rationem vid. rifiuf-
 se, cur Melchisedech panem & Vinum, Deo sic providente, tunc protu-
 lerit, &c. Respond. Coniecturis opus non esse, ubi verba textus sunt clara
 & perspicua, ut hoc loco. Quod si coniecturis hic agendum esset, cur non
 cogitas Hispanus potius, honoris & gratulationis causa Regem Melchise-
 dech, aduenantes hospites, & victorem Abrahamum, quem admodum mo-
 ti est, & principes solem aduenas illustres pro dignitate tractare, ex episcopis
 non tunc missam suam, Deo, ut ipse ait, sic providente, fuisse mysticè ad-
 ministratam, cum hæc non Deo propicio, sed irato, in pœnam contemptus ver-
 bali maauerit.

Quod verò cap. 7. ad Hebræos attinet, in quo, facta collatione sacer- Fol. 194.
 Melchisedechi & Christi, qui secundum illius ordinem Sacerdos dicitur,
 minus sit mentio oblationis panis & Vini, quod aduersarij ipsim: t
 & aliam Hispanus, quantumvis contentiosus, vtrò fatentur, cumq; non
 vana, nec reperire apud Apostolum panis viniq; oblationem, à Melchise-
 dech factam, possint, quam magno, scio, redimeretis Esauite. Id est scilicet non esse
 necessarium asse: itis, sicut vulpecula, percussa pyro caudam, cum non deci-
 dat eam, se alioqui ea non cupere dicebat.

Q Ne

Ne vero turpiter ad eum se dare videatur. scopum loci Epistole ad
 breos illud non requirere ait, quia propositum illi sit, tantum ostendere
 iudeis, sacerdotium Christi dignitate et fructu longe antecellere. **Sacerdotio**,
 quod unum prolixè multis hic agit Hispanus. Respondit
 Verum est, id quoque illi tractari, et quidem alijs etiam capitibus, pro-
 pter 5. sed nec solum hoc nec principalis septimi capitis status est. Pro-
 positum: sed ex professo collationem, per totum caput 7 instituit, cum
 Melchisedech et Christum, atque utriusque sacerdotium, et in quo Melchisedech
 typum Christi gesserit, docet: nempe quod sit eternum Christi sacerdotium.
 Unde et saluare potest in perpetuum, accedens per semetipsum ad Deum
 semper viuens, ad interpellandum pro nobis. Et quidem semel, in quo
 solus hoc capite, seipsum pro peccatis populi obtulit. Cum igitur semel pro
 peccatis populi se obtulerit, quæso vos omnes Papistas, ubi hoc fecerit, iu-
 rane, an vero in cruce? Hoc posterius negare non audetis, propter
 euidentiam. Igitur signum vestrum, de oblatione in Cena Locum
 habet. Nec locum habet cauillum illud vestrum, in Cena in cruce
 cruce vero cruentè Christum se obtulisse. Hoc enim modo non solum
 tum, sed bis se obtulisset Deo Patri, pro peccatis populi, siue cruentè, siue
 cruentè. Duo itaque præter iam commemoratam Christi et Melchisedech
 antithesin, tractat Apostolus, hoc et sequentibus capitibus, usque ad
 1. Christum unicum fuisse idoneum, qui se pro peccatis humani generis
 obtulerit. Deinde, unica oblatione hoc suo munere fuisse persunctorum
 perpetuo vigeat et valeat. Cumque hoc cap. multis modis Apostolus
 ferat Melchisedech sacerdotem cum Christo Pontifice, et docere pro-
 tum habeat, in quo, et quomodo, Christus sit Sacerdos secundum
 Melchisedech, sacrificij autem Melchisedechi ne unio quidem
 tionem faciat, quod certè, si usquam alibi, hic maximè erat necessarium
 nam, unde alias sit probaturus, non video: Hinc, quanta sit Gregorius
 lentià impudentia, apparet, quod ex Melchisedech, Missæ suæ sacrificij
 probare instituit.

Fol. 158.

Ridiculum porro est, et anile, quod nugatur Hispanus, non esse
 temnendum, quod quidam respondent, ob id noluisse Apostolum, in ea obla-
 tione Christi et Melchisedech, commemorare panis et vini oblationes, quæ
 Hebræis

oblati tunc scriberet, adhuc in fide inferioribus, quam ut tantum illis
 debet panis mysterium. Et quidem verum est, adhuc fuisse infirmos. *ut*
 ap. 8. *ut* dicitur Apostolus, ideoque frustra operose multus id agit Hispanus,
 et dicitur. Sed non potuisse eos capere hoc mysterium, (Si a Mose ita de-
 scriptum et verum esset, et non a Papicolis confictum) quod videlicet Mel-
 chisedech obtulisset panem et vinum Deo, typum fuisse unius sacrificij Christi,
 qui pro nobis in Cena sua ultima, sub speciebus panis et vini, se Deo Patri,
 in typum hunc adimpleret, obtulerit. Deinde verò in cruce reliquos typos
 sacrificiorum, quæ ex pecudibus mactatis et Deo oblati con-
 stabant, explensisse. Hæc verò nuge sunt Hispanicæ, gerris Siculis rariore.
 Cui enim hoc capere potuerint, (nam in hoc multus est Apostolus in ista
 Epistola) quidni et illud præsertim, cum aliis in lege multa Sacerdotes
 obtulerint sacrificia Deo, et libamina, quæ ex placentis, panibus, farina si-
 milia, et vino, constabant. O igitur absurdissimos Papistas. Et quam in om-
 nes se mentis formas impietatis quam ringitur, et se torquet mirabiliter et
 nosse debet Hispanus? quid non fingit? Unde, quid non mentitur? ut ornent Pa-
 doram suam, pesti ornam mulierem, quam tot coloribus pingere conati sunt
 tot Sophiste et Rabule Romanenses, quamque pallio, ex varijs centombus et
 lacrimis pessime confuto, palliare et tot conati sunt Pontifices.

Quod præterea contra id, quod scripsi, si maximè hoc, quod conten- *Fol. 100.*
 ditur Papicole, nec tamen probare possunt, cõcedatur, Melchisedech panem et
 vinum Deo obtulisse, et non exercitui Abrahæ: in hoc non fuisse eum sepa-
 ratum à Sacerdotibus Leuiticis. Nã et hi panem et vinum, in suis offerebant obla-
 tionibus, ut ex Leuitico Mosis constat: Valde frigide respondet Hispanus, ne *Leuit. 23.*
 Leuitico omnino dicitur videatur: nisi quã in Scriptura legi: Sacerdotes Aarõ
 panem et vinum, sine Leuitico, panem et vinum simul obtulisse tanquã præcipuã et uni-
 versam materiam sacrificij, sicut fecit Melchisedech, qui, ut ait Occumentus, pri-
 mum hostiam sine sanguine Deo obtulit. Respond. Neque ego dixi, panem
 sola obtulisse, sed disertè addidi, in oblationibus suis. Nec qua-
 rumvis sola vel cum alijs panem et vinum, sed, num omnino hæc ob-
 lationes Sacerdotes Leuitici? sed siue sola, siue cum alijs sacrificijs, panem
 et libamenta obtulerint, parum refert: hæc modò eos obtulisse con-
 stat, sicut factum aduersarius. Ideo adhuc constat argumentum, Melchise-
 dechem hoc non separatim à sacerdotibus Leuiticis. Et huc etiã contra
 Hispanum

Hispanum eiusq; Responsum facit, quod superius ex Vatabli annotationibus
 limus, nomine panis & Melchisedech prolati, omne cibi genus intelligi
 etiam carnes.

Ad argumentum à me propositum, quod auillationem vocat, si ad
 ordinem Sacerdotij Melchisedech, secundum quem Christus est Sacerdos
 priè pertinuit panis & vini oblatio: alterutrum è duobus fieri eor
 erit, quorum neutrum istis placebit, aut in Missa substantiam panis &
 sacrificia, quemadmodum sacrificauit Melchisedech, si panem & vinu
 tulit. Aut, si corpus & sanguis Christi sacrificatur, minime sacerdotium
 sti secundum ordinem Melchisedech in Missa exerceri, sed sacerdotium
 ticum secundum ordinem Aaronis, qui corpora pecudum in sacrifici
 tulit. Ad hoc inquam, quid respondeat Hispanus reuera non habet.
 valde turpiter, imò turpissimè se dat. Nam primum ad priorem
 responsurus dicit: Duo sunt, in oblatione Melchisedech, etiam ut à sac
 Leuiticis differeret (de quo tamen in illa à me non agitur) diligenti
 aduersione discernenda. Vnum est, quod substantiam panis & vini obla
 terum, quod obtulit sanè eo ipso substantiam aliquam, quæ panis & vi
 cid: nebus proprietatibusq; tecta esset, quæq; ideo, ut panis obijceretur
 bus, eosq; tanquàm panis immutaret. Verè scio, quod nesciat homo miser
 quid dicat, sed cum solutionem non inueniat, prestigijs quasi magicis
 fallere conatur, aut potius inantare incautos. Nonstra sunt & potius
 boru, quod dicit, primum Melchisedech substantiam panis & vini oblati
 inde, quod obtulit sanè eo ipso substantiam aliquam, quæ panis & vi
 tibus proprietatibusq; tecta esset, quæq; ideo ut panis obijceretur
 eosq; tanquàm panis immutaret. Quid tibi vis, Hispane, Sphynge huius
 enigmatis? Num in sacrificio Melchisedechi panis & vini substantia
 latione perijt, & est annihilata? Dic ergo hominum absurdissime, in quibus
 stantia illa panis viniq; est mutata? Ut tecta lateret sub panis
 cidentibus? Num ut in Missa vestra fingitis, mutata in corpus Christi
 qui hoc tempore Melchisedechi nondum erat in rerum natura, quomodo
 igitur mutari in illud potuit? Quod si hoc te velle neges, quæ igitur
 stantia illa, quæ in oblatione Melchisedech, panis viniq; proprietatibus
 ta, tanquàm panis sensus afficeret? Ut loqueris. Hic Oratio opus est

Fol. 103.

Verò beate homo, Nouum hoc vestrum dilirium Transubstantiationis, quod multis etiam in Nouo Testamento seculis fuit incognitum, priscis illis temporibus, quibus fuit infantia Ecclesie, & pædagogia populi Dei, tum fuisse populo Dei notum affirmabis? Atqui antiè ex Epistola ad Heb. 5. in-
 priores fuisse, quàm ut hæc illis panderentur mysteria, dixisti. Videris itaq;
 quomodo euadas, & potius in quascunq; te mutes formas, quàm vel
 veritati cedas, vel Sacrificium tuæ Missæ missum facias. Ita perge, donec
 ad peruenias, quò tendis, Hispane.

Ad alteram mei argumenti partem. Si corpus Christi in Missa Sacri-
 ficatur, sacerdotium Christi non erit secundum ordinem Melchisedech, sed
 Aaronis, qui corpora pecudum in Sacrificijs obtulit: etiam quid respon-
 deat, bonus vir non inuenit: sed primùm dicit, me neq; subtiliter neq; re-
 uerenter sic re. Respondeo, Hoc tibi imputes, Hispane, non mihi, nec
 ego volo, ut tu, alumnarius impudenter, quod vident omnes, corpus Chri-
 sti in Missa oblatum simile pecudum corporibus, & non humanum esse. Tantum
 enim dicit, ut pecudum corporibus, Christi in Missa corpus simile esse
 sentiam, ut quod scis, prorsus in illa esse, aut haberi, negem & probe-
 m. Quia verò locus sfugij nullus patet Hispano, concedit, quod si velim, Missæ
 se Sacrificium, secundum ordinem Aaronis etiam vocari, de appellatione
 in ut, non matura pugnabo, modò simul de re constet, esse quoq; Sacri-
 ficium hoc secundum ordinem Melchisedech. Hinc ergo sequitur, Hispane,
 ne, nullum esse discrimen inter sacerdotium Melchisedechi & Aaronis, nec
 tam amplius Melchisedechi præstari esse Aaronis seu Leuitico, quod antiè
 contraderere cæ afferbas Apostolum ad Hebræos. Sic etiam nec Christi
 præstantius Aaronis sacerdotio, quod neminem ad perfectionem adducit,
 præferendum ergo Christi quoq; est sacerdotium. Quod sanè absurdissimū
 & simul blasphemum. Sed hoc haud dubiè consultò dicis, & agis, ut im-
 pedito Christi sacerdotio succurrat vestrum Missæ Sacrificium, quod per-
 uicax, quod Christi deest Sacrificio, qui, secundum Thomam, & alios
 ipsos, tantum pro peccato originali satis fecit, Missæ verò reliquum fecit,
 pro quotidianis actualibus peccatis offeratur cotidie. O Hypocrite, quo-
 modo effugietis ignem gehennæ, cum is hac vestra sacrilega, execrata, &
 blasphemæ Missæ? Videt autem, se in eas redactum angustias, ut absur-
 dum

Fol. 204.

Pol. 205

„dum concedere sit coactus, & absurditatem animi aduertit, quam latere
 „figere non potuit, id. o. addit: Vix loquendi consuetudo admittit, ut
 „sacrum corporis & sanguinis Christi, quod incruentè & totè sub altari
 „cie, in Missa fit, secundum ordinem Aaronis vlla ratione dicatur, quod
 „qui corpora, non nisi cruentè, & in propria specie, immolat. Patet
 „tius, cruentum Christi sacrificium in cruce, cuius Aaronis sacrificium
 „proprie typus fuerunt, secundum ordinem Aaronis quadantenus ab
 „brando appellari.

Construunt teneo Protea nodo argumenti mei, ut absurda dicitur
 queat, nisi mecum sentiat, quod veritas habet, Missa sacrificium non
 nec in ea corpus & sanguinem Christi Deo offerri, Christumque non
 sacerdotem secundum ordinem Aaronis, sed Melchisedechi, nec tantum
 datij ordinem in sacrificando vel offerendo panem & vinum consistit
 nec etiam hæc obtulerit, sed alijs in rebus, de quibus supra. Ideoq; melchisedechi
 nem & vinum, & caseum (si ista duo non sufficiunt) Melchisedechi ad
 nam Domini facere, nec Christum in ea Deo incruentè, ut nuptias
 in cruce seipsum Deo Patri caelesti obtulisse, cuius sacrificij ipsius cruce
 & oblationis, typi fuerunt sacrificia Leuitica. Sicut & per agnum Pascha-
 lem est adumbratus. Et Isaias inquit: sicut agnus ad occisionem ductus
 & non aperuit os suum, oblati est, quia ipse voluit, &c. et Baptista
 hic est agnus ille Dei, qui tollit peccata mundi, Per iuge sacrificia
 norum, mane & vespere oblatorum iugiter, representatus. Huius
 omnes impleuit Christus in cruce, & non in Coena. Sed huius sacrificij
 sui, quo corpus suum in mortem tradidit, & sanguinem effudit, nos
 in peccatorum nostrorum remissionem, nos in Coena suas, in qua nobis
 hibet corpus & sanguinem suum, vult esse memores, hocq; in facere
 commemorationem, siue, ut Paulus interpretatur, mortem eius amemur
 & predicare, hincq; fidem nostram in ipsum confirmare voluit. Ita nobis
 cum sentias oportet, & loquaris, Hispanice, necesse est, si volueris te ex
 byrinhis extricare, alijs nunquam euades.

Exod. 12.

Esa. 53.

Ioan. 1.

Pol. 205.

Pol. 206.

2. Ex Malachia loco quoq; suum vult probare Missaticum Sacrificium. Et in prima acie VETERANOS colloat, hoc est, PATRES, quibus
 militibus se victoriam consecuturum sperat Hispanus. Sed inuitis caudibus
 vatur, ideo nulla spes victorie. Audiamus itaq; & examinemus, quo
 modo

inter explicaverim hunc Malachiae locum, quos Hispanus hic pro se pro-
 locum, & videamus, quomodo non tam ipsi, quam nobis militent. Chrysost. In
 hoc loco, vide, ait, quam luculenter, quamq; dilucidè mysticam inter-
 pretatus est MENSAM, quae hostia est incruenta. Respondeo. Quid
 hoc ad Missam Pontificiam? Loquitur de Coena Domini, quae mensa
 Domini à Chrysostomo, ex Apostolo, dicitur. Sicut ibid. addit Chry-
 sostomus, quod studeat omisit Hispanus, ut dissimularet: Thymiama (id est,
 incensum) appellat sacras preces, quae post hostiam offeruntur. Hic enim
 spiritus Deum respicit. Et: Habemus & nos in nobis ipsis varias immola-
 tiones, non quae iuxta legem incedunt, sed quae docent Evangelicam gratiam.
 Visus has cognoscere victimas, quas habet Ecclesiam sine sanguine, sine
 fumo, sine altari, ceterisque caeremonijs, munus Evangelicum sursum ascendit
 ad Deum, QVOD QVE SIT SACRIFICIUM MUNDVM
 ET IMMACVLATVM? Audito sacram Scripturam, tibi palam
 exponentem hanc differentiam & Varietatem. Est igitur primum Sacrifici-
 um, quod ante dixi, spirituale illud & mysticum donum, de quo Paulus
 ait, &c. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis Sacrifici-
 um, & oblationem, in odorem suavitatis. Audis Hispanus, quodnam sit illud
 Sacrificium mundum & immaculatum, de quo Malachias (si vaticinatus,
 Curtilus scilicet, non, quem vos in Missa offerre imaginamini, sed donum
 Dei nobis datum, qui seipsum tradidit pro nobis Sacrificium, & oblationem,
 ut odor suavitatis, idq; in cruce.

August. lib. 18.
 de Civit. Dei
 cap. 25.
 Fol. 206.
 Id. de Civit.
 Dei lib. 17.
 cap. 20.

Augustinus, inquit Hispanus, Malachiae locum ita interpretatur. Hoc
 sacrificium, per sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech, cum
 in hoc loco, ab ortu usq; ad occasum, Deo videamus offerri. Audio men-
 sam fieri Sacrificij, illudq; offerri per sacerdotium Christi, in omni loco.
 Quod ergo de Missa Pontificia loquitur Augustinus? Nihil vero mi-
 nus de Coena Domini. Sic enim idem in eisdem libris interpretatur:
 Paulus dicit: Non est bonum homini, nisi quod manducabit & bi-
 bet, & credibilis dicere intelligitur, quam quod ad PARTICI-
 PATIONEM MENSÆ HYIVS pertinet, quam sacerdos ipse
 Testamenti Novi exhibet, secundum ordinem Melchisedech, de
 corpore & sanguine sue. Id enim Sacrificium successit omnibus illis Sacrificijs
 Testamenti veteris, quae immolabatur in umbra futuri. Quibus verbis mani-
 festè loquitur, non de Missæ Sacrificio, sed de mensæ Domini participatione,
 hoc.

Chrysost. in
 Psal. 95.

1. Cor. 10.

- hoc est Coena Domini, in qua non nos Deo offerimus corpus & sanguinem Christi, sed ille ipse mediator Noui Testamenti nobis ea exhibet, Augustinus. Et cur Cenam Dominicam, Sacrificium appellet, hic magister docet: quod videlicet praecipuus sit externus Ecclesiae cultus, quae omnium Sacrificiorum Veteris Testamenti exerceat. Idem alibi, in locum Malachiae, dicit: Incensum enim est gratiae Thymiama, sicut et Ioannes in Apocalypsi, orationes sunt sanctorum. Et iterum alibi, contra Peril. Donadari nomen Domini, quod est VIVVM SACRIFICIVM, dicitur, dicitur est, Immola Deo SACRIFICIVM LAVDIS, ut in vultus vester, ut illius homicidae.
- Id. contra litte-
ras Peril. Dona-
dist. lib. 2. cap.
86.*
- Fol. 107. & se-
quentibus.*
- Nimis autem foret prolixum singulorum Patrum testimonia enarrare, Eusebii Caesariensis, Irenaei, Iustini, Hieronymi, & Damasceni, cum tamen nullus de Dogone hoc est, Missae Pontificiae Sacrificio, proptorio, locum Malachiae interpretatur, vel etiam Missa privata, sed de Coena Domini, quam suo more, Sacrificium vocant, id est, cultum, sacrificium Sacram Noui Testamenti, sicut iam ex Chrysost. quoque, & Augustino, quos pro stabilenda sua opinione produxit, audivimus. Quemadmodum & Irenaeus, quem citat, de Coena Domini corporis & sanguinis loquitur, quam novam in Noui Testamenti oblationem vocat, visitata, de Sacrificij & oblationis significatione. Et hunc Malachiae locum sequenti de precibus Ecclesiae interpretatur, dicens: Et in omni loco sum offertur nomini meo, & sacrificium purum: Incensa autem in Apocalypsi, ORATIONES ait esse sanctorum. In quam sententiam Tertullianus, in omni, inquit, loco Sacrificium nomini meo offertur, & sacrificium mundum, gloriae scilicet relatio, & benedictio, & laus, & gratia. Et iterum: Sacrificium mundum, scilicet simplex oratio de consecratione. Item id. libr. adversus Iudaeos, hunc Malachiae locum, de Evangelio & predicatione intelligit, inquit: Indubitate, quod in omni terra exere lib. ha. predicatione Apostolorum. Nam quod non terrenis, sed spiritualibus sacrificijs, D'olendum si, legimus, cor contritum hostia est Dei. De spiritualibus vero sacrificijs addit, dicens. Et in omni loco offeruntur Sacrificia nomini meo, dicit Dominus. Similiter & Hieronymus ipse de orationibus sanctorum, Domino offerendis, intelligit. Et Epiphanius: Sa-

*Hieron super
Malach.*

antes Evangelium per orbem terrarum. Nihil ergo proficit Hispanus his
 vel duobus vel militibus, qui ipsi non militant. Si maximè enim euincere
 possit, quod in aeternum nunquam faciet, cum omnibus suis socijs, etiamsi om-
 nias suas conferant operas. Patres omnes, locum Malachiae, de priuata Sa-
 crificii Missa esse accipiendum, eamque sacrificium esse verè pro-
 piciatorium, deserit scribere: Non tanta tamen illorum est auctoritas, ut
 contra Cœnæ Dominicæ à Christo factâ institutione, fidem illis habiturissimus.

Et hic præclara & insignis Chrysostomi sententia mihi repetenda
 est, quam supra quoque me posuisse meminisse, dicentis: Ne igitur multorum
 opinionones habeamus, sed res ipsas inquiramus. Quemodo autem non absur-
 dum, propter pecunias alijs non credere, sed ipsas numerare & supputare,
 pro rebus autem amplioribus aliorum sententiam sequi simpliciter, præfer-
 tim, cum habeamus omnium exactissimam trutinam, & Encomonem, ac Re-
 gulam adiuuatam, inquam, legum assertionem. Ideo obsecro & oro omnes
 vos, ut relinquatis, quidam huic vel illi videatur, de quibus è Scripturis
 hæc omnia inquirite, & veras diuitias discentes, eas sequeamur, ut aeterna
 bona consequamur. Hactenus ille. Scriptura autem sacra Cœnam à Chri-
 sto nisi quæ hoc sine institutam docet, ut sit priuata sacrificii cuculi actio,
 vel sacrificium propiciatorium, pro peccatis Deo offerendum: Hoc vni-
 cum enim esse docet Christi in cruce oblatum, qua vniuersa oblatione in aeternum
 omnium auerit sanctificandos, nec repetendum.

Fol. 212.

Iam quod dixi, sceleratè hunc locum à Papis corruptum, qui pro ob-
 latione MVNDA, legant, NOVA. Primum, se meam mirari dicit Hi-
 spanus acritatem & impudentiam, qui non viderim, hanc esse Patrum in-
 terpretationem, qui Noui Testamenti nouam vocent oblationem. Respondeo,
 quod quid Patres dicant, vidi & noui antè, nec mihi Hispano Doctore
 misisti eosque quantum possu excusatos habeo, quod non de Missa priuata, verè
 & ante inaudito, sint locuti sacrificio, sed sic Cœnam Domini vocauerunt.
 Ego verò non de Patribus loquor, de quibus iam egimus, sed Pontifi-
 cibus Hispanis. Nam quod negas, te quæquam scire Catholicum, qui
 tantum textum, NOVA pro MVNDA substituerit. Respondeo. Neque ego
 Catholicum que nquam in simulo, sed sacrolycum, Doctorem Iohannem Fabrum,
 prænotatorem superioribus annis Augusti in s. n. mo templo, accuso, simul
 et alios

Fol. 213.

Ioannes Faber
Libro de Sacri-
ficio Missæ.

alios quoque qui nobis pro MVNDA, NOVAM obtrudunt oblationem, in consilio: ut hinc Missæ private Sacrificium Novam confirmet: quod Deus non fecerunt. Is in Germ. Fol. 61, In latino, Fol. 100. hunc tractatum cum, in vno eodemque folio sexies, pro MVNDO, NOVVM substituit. Urget, ut scite & argumens suo inseruiet. Sed ulterius nobis progredum est. Hispane. Etsi enim textum ipsum in Biblijs mutare non audeamus, quotiescumque occurrit hæc Prophetia in Scriptis vestris, Novam renitis & affingitis Sacrificium, pro mundo. Quod & socius tuus in sua Disputat. prop. 27. quæ ita habet: Ac imprimis Deus per Malachiam, p. 70. gogæ sacerdotes alloquens, legis Sacrificia finem habitura, usque; NOVVM aliquod Sacrificium esse sufficiens, prædixit. Audis ergo discretè conptelam testimonij Prophetici, quod non habet, novum, sed mundum. postea, textus evidentiâ conuictus, dum repetit Prophetiam, in hunc mundum legit. Siue igitur Patres, siue recentiores & iuniores affirmant Novam hic promitti oblationem, Prophetæ mentem & sententiam uertunt, qui non de nouo aliquo futuro Sacrificio, sed de mundo & gentium (quod & ex ipso textu, & Scripturæ S. collatione, ex Isaiâ prouimus, & Apostolo Paulo) uocatione, quæ, per totum terrarum orbem dispersa, ad regnum Christi per Euangelij prædicationem uocanda, & Ecclesiâ colligenda erat, uaticinatus est & loquitur. Vnde nomen Dexteres etiam celebre & gloriosum futurum erat, & hoc modo officio nomini Dei oblatio munda, omni in loco,

Duo agit Prophetæ. 1. De Gentium uocatione ad regnum Christi Euangelium, uaticinatur: quod controuersia carere arbitror, cum textus sint manifesti. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnam uocationem meam in gentibus. Quod etiam in fine huius loci & periodi repetitur. Alterum est, quod additur: Et in omni loco incensum offertur nomini meo, & oblatio munda. Hic statim colligunt & inferunt, sed admodum insensè, & imò pessimè, Pontificij: Ergo Missa est Sacrificium illud, in Novo Testamento. Quia nullum aliud est in Ecclesiâ Sacrificium externum & Novum, quod in Veteri Testamento non fuit, quæ illud nostrum Missæ. De hoc ergo uaticinatus est Prophetæ. Sed quis collationis & illationis huius non uidet absurditatem? Miseret sanè me cæcitas Pontificiæ. Nō enim vno tantum pe-

modo, sed multipliciter. Cum à genere ad speciem argumententur as-
 sumitur, manifestum est contra regulas Dialecticorum peccatum. Deinde, non dicit
 Proprieta: Ex te nunc offerretur nomini meo Sacrificium. Sed dicit: Offerretur
 incensum nomini meo. Nec, virum externum, siue internum sit futurum, hic
 desinit. Tamen si ex Psalme manifestum sit, quodnam illud sit incensum, dicen-
 tur: dirigatur oratio mea in conspectu tuo, sicut incensum: Eleuatio manuum
 mearum tanquam Sacrificium vespertinum. Vbi preces piorum deserunt
 tur. Et ipsemet Malach. tertio capite, vbi itidem de Ventu in Messia exhibe-
 tur: Vnde dicitur: Definit, cuiusmodi oblatio sit futura, videlicet in iustitia.
 Hoc autem iustitie Sacrificium quodnam sit, explicat. Psaltes, eodem voca-
 bulo, quo Malachias, nempe, sperate in Domino: Sacrificate, inquit. Sa-
 crificium iustitie, & sperate in Domino. Hoc nihil ad Missam, aut Sa-
 crificium iustitie, sed ad iustitiam, quales illi sunt. Tertio, non di-
 citur, nonam gentes oblaturas oblationem, que in Veteri Testamento non fue-
 rit, sicut passim hanc Pontificij affingunt Prophetam sententiam, seu
 prophetiam potius locis, sed MVNDAM. Et hanc non angustis Iudee fini-
 bus in locum sicut tum Veteris Testamenti Sacrificia ad vnum tantum
 certum locum erant alligata, ut ea alibi offerre non liceret, nisi in templo
 Hierosolymitano: Verum in omni loco, quod per Euangelij diuulgationem
 & predicationem, in toto terrarum orbe & mundo factum esse, per quam
 gentes omnes ad regnum Christi sunt vocatae, euentus docet, & Aposto-
 lus, vbi sic λέγει, id est, ministrum vel Sacrificium vocat Euangelij,
 sacrificium autem Euangelium Dei inter gentes, ut fiat, inquit, oblatio genti-
 bus accepta, sanctificata in spiritu sancto. Quibus verbis Malachia Pro-
 phetiam perspicue & proprie explicat, quod omnes sani vident & intelli-
 gunt, docens, que sit oblatio ista munda, de qua Malachias, nempe, non
 est Sacrificium, de qua in tota sacra Scriptura Veteris & Noui Testa-
 menti, quidem, sed predicatione Euangelij inter omnes gentes, que
 ministerio, Sacrificando & predicando illud, adducat ad Deum, qui deinde
 Deo grata offerunt Sacrificia, incensum & oblationes, fide, spe, chari-
 tate, oblatione Dei, que incensum à Psalme dicitur, leuantes manus puras, obedi-
 entiam, iustitiam, patientiam, denique propria sua corpora cultui rationale, hostiam
 que

Psal. 3:

Rom. 15:

1. Petr. 2

Isa. Ultimo.

Viam, Deo placentem, & acceptam, & alia pietatis exercitia, quae oblatio munda, accepta Deo, non quidem in aut per se, sed in Christo qui sua perfectissima obedientia nostram tegit imperfectionem, docet apostolo: offerentes spirituales hostias, acceptas Deo per Iesum Christum. Et haec quoque verborum Isaiae, unde Malachias sua est mutuatus, sententia. Mittam, inquit, ex eis, qui saluati fuerint, ad gentes, in mare, in Africam, & annuntiabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres decunclis gentibus, donum (Mincha est, id est, oblatio, quae voce Malachias quoque est usus) Domino, oblationem in vase mundo (quod ipsum verbum Malachias posuit & repetiuit) in donum Domini. De quo etiam Vterque Prophetas, eisdem vocabulis, loquitur. Cum igitur Propheciae interpretationem ex ipsa Scriptura sacra Veteris & Noui Testamenti beamus: clamores Hispani, sociorumque eius, siue etiam quorumcumque, curamus minime: Cum non hos, sed illos Scripturae S. S. interpretari iubeamur. De auillationibus Hispani, quibus haec eludere conuiam dicemus, easque ordine refutabimus.

Eol. 284

Verum hic etsi concedere sit coactus, de praedicatione: Euan-
 gelii iustitiae sacrificijs, hunc locum intelligendum, contendit tamen, non de
 sed simul etiam ad sacrificium externum aliquod accommodari debere.
 non sit ociosum, quod duplici verbo sit usus, sacrificatur & offeruntur.
 spondeo. iam non possum amplius accusare Hispanum, quod negligenter
 perfunctorie versetur in sacrae Scripturae lectione, cum ad superficiali-
 usque, more Iudeorum, non solum consideret & numeret Scripturae ver-
 bula, sed etiam trutinat, & hinc pulchre argumentetur (quod supra
 reprehendit: tenuis esse omnino iudicij argumentum, a vocabulis, quae
 Biblijs sacrosanctis habentur, Typographorum vel imperitia, vel neg-
 ligentia omisiss, vel appassitis, &c. dependere, dicens) & arguetur, occurrere
 in Scriptura, adeoque perspicax, ut videat, quod ego videre non potui.
 nus: Ideoque mirum non est, quod caecum me vocarit. Sed heus Hispani,
 scum te esse video. Huic enim hominum generi, propterea quod distanti
 habeant oculos, ex distorto forte nervo optico, res una & eadem gemina
 se videtur & apparet, quemadmodum & ebrijs, qualem te quoque, saltem
 cogitatione esse video. Ideo subinde mihi monendus es, ut, si molestiam
 reuerentia, Pater reuerente, non esse, conspicilia, quae te comparare voluit,

imponas, & acutius in tue aris textum Malachie. Fateor enim tibi, me, tus-
 sacris, cecum, hec duo vocabula: Sacrificare, & offerre (que ratione va-
 re, inquit, existimare non debemus, cum, ut magnus ait Basilius, blasphem-
 a sit, putare, aliquid in scriptura verba esse ociosum) in Hebræo non pos-
 se videri, sed tantum unum: In omni loco incensum offertur nomini meo, atq;
 oblatio munda, vbi nusquam video, sacrificatur, quod tu, veterem sequutus
 translationem, addis, hincq; argumentum ducis. An verò te horum non pu-
 des offerrem hominis licentiam, tenuisq; omnino iudicij. In sumum itaq;
 dei, Hispanæ, argumentum tuum, quod autoritate Basilij Magni, quem in
 falsam vocaveras, munitum, ex Cabala duorum istorum verborum, sacri-
 ficare & offerre, ducere, non modò Papisla, sed iam etiã Cabalista, de duplici
 sacrificio, spirituali videlicet & externo, Missæ scil. private (quæ neq;
 in veteri neq; Nouo Testamento fundamentum habet, aut testimonium vli-
 lum, nisi mirabiliter detortum) voluisti.

Quod itaq; multa garrit & nugatur de antithesi ex Malachia, non esse loci, in ego asseram, sed sacrificio: um Iudaicorum, & externi in Nouo Testamento, quia antea ex Isaiâ, Paulo, & Apostolis, genuinam illius sen-
 tiam exposui, velis prætere. Si hoc vnicum monero: Ridiculum se facere
 re Hispanum, dum negat loci antithesim, quod Aaronica sacrificia ad certum
 & vnicum locum alligata esse dixi. Hoc verò in omni loco offerendum. Nam
 sacrificia, inquit, Aaronica simpliciter significat fire. ut vbiq; displiceant, si-
 ne in Iudæa, siue in quacunq; alia orbis parte, fiant. Quasi verò alibi hæc
 offerre, nisi ad Tabernaculum, & postea in templo Hierosolymitano, licue-
 rit. Sed video Hispanum Idololatram cum Iudæis sentire Idololatrias, quod
 non peccaverint Iudæi, extra illud sacrificantes, (quod Dominus per Pro-
 phetas discretè pronunciauit) modò non Gentium Idolis sacrificarent, quod
 scripsit H. sp. Et sic manifestâ loci antithesim, quæ in verbis textus hæc
 ostendit Rabula suis nugis cœnatur. Certissimè enim est, nec, nisi scrip-
 turæ mendacij arguere blasphemus voluerit, negare potest: Cultum veteris
 Testamenti ad vnicum tantum certum locum fuisse alligatum, cui oppo-
 sita propheta: In Nouo Testamento fore, ut in OMNI loco offeratur incen-
 sum, seu oblatio seu sacrificium mundum, quo nullum, inquit
 sacrificium mundi, atq; aded NOVVM, quale est vniq; corporis & sanguis
 Christi sacrificium. Quod etsi, inquit, de sacrificio corporis Christi in

Fol. 216.

Videatur etiam
Disput. contra
Missam à 72.
vsq; ad 83. Pro.

Fol. 216. 217.

cruce facto proprie, differens, scripserit: Non immeritò nos (scilicet gratia tebis facta) ad sacrificium Eucharistie (hoc est, Missæ) accommo-

Fol. 217. Quin verò nihil ad Pandora n Pontificiam, Missam, locus Malachie ex Chrysof. & Augustino antè est demonstratum.

Negat autem, si vocabulum hoc, sacrificium mundi, de spirituali, quale est prædicatio Evangelij, interpretemur, nos posse expedire nulli tale sit, quod tan insignem, per se sanctitatem habeat atq; mandatum quàm Prophetæ verba præferant. Etenim omnes iustitiae nostri panni menstruate, Et Lutherani omnes actiones vitiosas cum legibus pugnantibus dicunt. Quem, inquit, nodum expedire commodè nunquam poterunt.

Quid igitur faciemus? id quod Alexander. Cum enim Gordium posset solvere nodum, cultro discidit & diffecit. Ita nos gladio spiritus quod est verbum Dei, nodum hunc, si non expedire, diffecare volumus, am, ex quo Malachias hunc locum est mutuatus, eundemq; Apostolus interpretatus de prædicatione Evangelij, eiusq; divulgatione inter omnes gentes, Vaticinatum, Hispanus ipse concedere cogitur, nolens volens. Hanc autem Evangelij tanta est sanctitas & mundicijs, ut alia omnia sancta & mundet, adeò, ut potentia Dei sit, ad salutem omni credenti, & odore ad vitam. Purius est & mundus auro & topazio. Prædicatio autem Evangelij quia fit per ministros, etiam peccatores, nihil sanctitati & puritati committit, nisi manifestam heresim, ab Ecclesia damnatam, defendere vel contumaciter aurum, aurum est & manet, ubicunq; sit, nec polluitur sordibus insecus allitis: Ita nihil quoque decedit Evangelij prædicationi, puritate Ministri hoc annunciatis. Portamus enim thesaurum hunc in fictilibus. Ideoq; Apostolus hic gratiam sibi datam esse à Deo dicitur Minister Christi in gentibus, sacrificans Evangelium Dei. Cum ergo prædicatur Evangelium de Christo crucifixo, reuera Deo offeruntur sacrificia mundum, Deoq; gratissimum. Sic quod ad alia bona verè credentium opera attinet, sunt ea sacrificia suavissimi odoris Domino, hinc accepta, Deo placens. Sic enim Apostolus vocat subsidium Philippensum, quod offerunt

Philip. 4.

Rom. 12.

Suntis armificibus miseri Christiani corpora sua offerunt, hostiam sanctam, placentem Deo.

Audis, opinor, nisi surdus es, & audis ex scriptura S. S. quæ munda
oblatio, & sacrificium etiam externum, de quo, ut maxime non de obla-
tione corporis Christi in Missa vestra sacrilega, in qua Christum crucifigi-
tatur, Malachiam intelligamus.

Sed quomodo, inquis, hæc cum vestra doctrina, quæ omnes etiam pio-
res actiones vitiosas esse asseritis, cõueniunt? Etsi indignus sis, cum tuis Sui-
tis, quibus margaritas projiciamus, quia pedibus vestris conculatis: tamen
propter alios, & ne verè dicere possis, querulus & difficilis atq; improbus ex-
celsus, nos tibi respondere non posse, dicemus. Ita autem res habet. De sacrifi-
cio prædicationis Euangelij iam dixi. Docemus, ex peccati reliquijs, & con-
cupiscentia prava, in carne remanente, semper in omni bono opere aliquid
conuultere & admisceri, quo opus per se bonum Deoq; placens, ex fide factum,
imperficitur. Quos tamen neuos Deus, ex gratia, propter filium, in creden-
tibus & dilectis in dilecto, etiam ipsis iam filijs, non vult videre, sed tegit
pallio quasi sanguinis innocentis, & sic pro perfectis reputat. Sicut etiam
credentes hæc, prorsus eadem ratione, sancti, mundi, immaculati, nõ habent
virgam neq; maculam (licet multis modis in se polluti) pronuntiantur. *Psal. 32. Ep̃. 5.*
Id exemplo declarandum est. Passio Petri, confessio, constantia, & patien-
tia, quam Deo præstitit in cruce, ut etiam inuerso capite terram ver-
sus, suspensam in ea voluerit, an non hostia Deo gratissima fuit, sancta, &
immaculata? Vtq; quidem adeo sancta, ut vos hypocritæ eam vo-
litis quoque conferre plurimum opinemini, in thesauro Ecclesie repositi-
onem castiditatis, unde Indulgentias alijs distribuitis, cumq; adimpleisse ea-
rum desiderium, (iuxta vestram in Christi passionem blasphemam opi-
nionem, ex malè intellecta Pauli sententia conceptam.) passionum
vostri. Sed quid de ea Christus? Cinget, inquit, te alius, & ducet, quo
Iohan. 13.
Iohan. 13. Concurrat itaque cum Petri voluntate & alacritate aliquid
carnis, quæ non solum infirma fuit in eo, sed repugnauit, & ter-
ribili cupiebat, sed spiritu carnem mortificauit Petrus. Atq; ita illi hæc
infirmitas fuit condonata, & non imputata, propter Christum si-
militudinem, ut corpus suum obtulerit Deo, hostiam viuentem, sanctam,
immaculatam. Hanc Petri passionem, quam secundum carnem noluit
sistere, hæc q; parte imperfectam, vos tanti facitis, ut in Ecclesie repositi-
onem thesaurum, ex quo Indulgentiarum vestrarum nundinationes
facitis, hæc spere. Idem esto iudicium de reliquis etiam piorum bonis
operibus.

Fol. 218.

Psal. 32. Ep̃. 5.

Col. 2.

Iohan. 13.

operibus, quæ est per se imperfecta sint & immunda: Tamen propter
Christi obedientiam perfectissimam, & ipsa ex gratia munda reputantur
filijs.

Fol. 218. Non vult autem concedere contentiosus homo, est alibi Pro-
vicitatum sit (quod insicari non potest) ut vocabulis ceremoniarum
poris, describant cultum Novi Testamenti, hinc sequi, hoc quoque loco
tas esse locutiones, sed sacrificium, propriè dictum, hic accipiendum.
de externo Novi Testamenti Missæ scilicet Pontificiæ. Respondeo. Non
est, non sequi. Alibi hoc in Scriptura S. ita accipitur. Ergo hoc quoque
Quia verò Apostolus hanc Malachiæ locum ita est interpretatus, pro
orificulum sacrificare dicit Evangelium inter gentes, ut fiat oblatio
accepta Deo: Et hoc est, quod Dominus dicit: Quia nomen meum
in gentibus: Ideo hanc huius loci esse sententiam necesse est, & non
ni illam, de duplici scilicet, ex duobus verbis, quæ tamen in textu non ha-
tur, sacrificio.

Fol. 220 Sed hic negat Hispanus hanc sententiam esse posse. Est enim
quam in sacris literis vicitatum sit, ut res eadem verbo proprio
phorico indicetur: Sed hoc in eodem loco, duabus diversis enunciatio-
nescio, inquit, an unquam fiat, nisi cum diversum aliquid enunciatio-
significatur, ut cum ait Apostolus: Beneficentiæ & communionis
liuifer: talibus enim hostijs promeretur Deus. Officia quæ pro proprio
bis in priori enunciatione nominârat, hostias per Metaphoram in post-
ri nominat: Sed aliud quiddam significans, videlicet, eiusmodi officia
tum habere apud Deum.

Ο φλυασιαις, nugas nugacissimas Hispani nugacissimi. Cuius
re non potest, unam & eandem rem repeti diversa orationis forma
quod obscurius erat, per aliud planius explicari: tamen, ne cogatur
re, id quod res est & veritas habet, Malachiam seipsam interpretari,
esse sacrificium & oblationem, cum eo, quod dicit, magnum est nomen
in gentibus, quod negare non potest de Evangelij prædicatione & di-
tione inter Gentes dictum, addit: diversum in ijs locis, altera significatio
enunciari, quod videlicet significet, eiusmodi officia meritum habere apud
Deum. Sed λόγος & verba sunt, ac tantum abest, ut phantasiam suam
bet, quin malè ex vulgata translatione locum Apostoli pervertere a-

missa e. cedere veritati. Nō. n. promeretur, sed placetur Deo, evāpēsā Tae
 idendum erat, grata & accepta esse Deo significans, quibus delectetur. Vbi
 nullus meriti fit mentio.

Sed hoc Hypocritarum genus ita meriti sua, ex operibus menstru-
 si qua constant, amplificare & venditare solet. Quod enim dicit, Prophe-
 tam per oblationem mundam non intelligere magnificationem diuini *Fol. 222.*
 nominis in gentibus: Quia non ter eandem rem, tribus orationibus di-
 stinctis, iam clarè, iam obscurè, significauisse putandus sit: ideoq; de di-
 versis, & duplici sacrificio, accipiendum: Longissimè errat Hispanus,
 qui ignorat Scripturas. Quasi Verò non eadem res, non modò bis &
 ter, quod iste inscitè, & turpi ignorantia negat, sed etiam multoties, di-
 stinctis orationibus, iam clarè, iam obscurè (contra quàm Hispan. loqui-
 tur) significetur in Scriptura? Quod si hanc legisset studiosius, haud du-
 bie inuississet, cum huius exempla passim in ea sint obuia plurima, quo-
 rum unum aut alterum breuiter attingemus. An non enim Salomo dicit: *Pro. 7.*
 Filii, custodi sermones meos, & praecepta mea reconde apud te, custodi
 praecepta mea, & viues, & legem tanquam pupillam oculorum tuorum.
 Aliqua ea dignis tuis, scribe ea in tabula cordis tui: An non hic eandem rem
 aliquoties repetit, iam simplici & plana, iam figurata oratione, Hispanè?
 Vbi hic tuum ingenium versatile & acutum? Vbi cerebrum tuum? Vbi
 oculi? Vbi Scripturae sacrae lectio, & meditatio, qui tot euoluis Patres,
 Scholasticos doctores deuorans, librorum helluo. An ex his omnibus tan-
 tum non proficisci, diurna nocturna lectione, hoc ut videres aut intelli-
 geres, neque turpiter adeò te dares? O te infelicem, miserum, Diabo-
 rum Martyrem. Et, ut pergamus, quid dicam de vulgatissimo Psalmo,
 quem quotidie in horis Canonicis legere cogimur, qui cum constet *Psalm. 119.*
 176. Versus, tamen vna tantum res, semper eadem, magna & varia ve-
 ritatis, & figurarum copia & varietate, non dico ter aut quater, sed plus
 quam in eodem repetitur Psalmo? Tūne ergo Magister es in Israel &
 ignoras, adeoq; ineptè colligis? Video, te non modò in Sacra Scrip-
 turā esse, & minime exercitatum, sed instar Iudaeorum planè cecum,
 cuiusmodi Rabbinum te haud vulgarem esse iudices. Quamobrem meum
 te eandem sequere consilium, cumq; conspiciat uti nolis, Scripturam sa-
 crā missam facias, in qua planè insāns es, minusq; intelligis, quàm pueri
 nostri

nostri decennes, qui Catechismum rectè tenent: legas autem & celebret
 terea Missam tuam, mi Sacrificucucule, quotidie, qua tantopere de
 claris.

Dissutat. contra abominandum Missæ sacrificium 79. Dixi & probavi, locum Malachie, de oblatione munda, ex
 ult. mutuatum, quod vtrobiq; eadem sint verba. Deinde Apostolum
 interpretatum Rom. 1. 5: quænam hæc sit oblatio, nempe & prædicatio
 diuulgatio Euangelij inter Gentes, & ipsas Gentes, quas suo minister
 sacrificans Euangelium Deo adduxerit, munus & oblationem ipsi gra-
 mæ. Ut fiat, inquit, oblatio Gentium accepta & sanctificata in Spiritu S.
 hic locum Isaiæ & Apostoli proluxè repetere, quod feci in Dissputatione

Fol. 225. Sed quid ad hoc Hispanus meus, homo veritatis Euangelica

Scripturæ sacre studiosissimus? Bone Deus, exclamat, quot sunt in hæc

legatione vitia? Primò, si Isaiæ locus corruptè & truncatim recitatus est

spondeo. Sophista nodum in scirpo querit, ne Theologie Doctor, stultis

videatur. Brevitati studens, Verum est, quædam omisi vocabula, licet

delicet, ut refert ipse, (quemadmodum filij Israel inferunt) que nihil

diu, vel omisa, ad nostrum faciunt institutum. Omisi & ista (in

& in mulis, & in carrucis) sicut & illa (Dicit Dominus.) Ideone

ut tu alumnaris? Sed alumnandi occasionem aptat Hispanus. An

ita gaudet mulis & asinis, suis popularibus, Hispanus, ut hi quoq; ad

Psalm. 32. di fuerint ex vltima Hispania? Nolite fieri, inquit, Spiritus S. Hispanus,

equus & mulus, quibus non est intellectus, ideoq; freno & chaina

quibus maxilla eorum constringatur, dum non approximant ad

num. Ideoque hoc cauillandi studio ac contradicendi libidine

non agit, quam quod Diabolicum & Pharisaicum suum prout ingratum

qui excolant calicem, & deglutiant Camelum. Nam quod dicit, non

idem esse, quod Isaias inquit, Adducunt omnes fratres vestros, oblationem

Domino, quemadmodum filij Israel oblationem offerunt in vltima

Et Malachias oblationem mundam: Certè vtrobiq; eadem repetuntur

cabula, Mincha & Tabor, hoc est, oblatio, & munda, nisi quod hoc

iuungitur, sicut & illa vtrobiq; habentur nihil variata. Isaias: Et annuntia-

bunt gloriam meam Gentibus: quod Malachias enunciauit, quia nomen me-

um magnum in Gentibus.

Fol. 226. 3. Querit, quis mihi reuelauerit, Malachiam sua verba mutuatum

ex 1/2

Isaias? Respondeo. Nisi tu, Hispanie, Sycophanta esses & in Scriptura S.
 plures, planeq; solidus, hoc minime queres. Non enim opus est peculiari
 rem reuelatione, sed collatione tantum textus Scripturae S. sicut
 hanc obiter monstrauit. Sed hic obiecit Hispanus, etsi oblatio apud vtrunq; ce
 peratur Prophetam: tam n Isaias non habet, munda? Quero ergo, ce
 Hispanie, Num tu, prophane homo, istam Gentium oblationem sentias
 esse immundam oblationem? Ego vero centies, imò millies, adeoq; deci
 esse immundam oblationem, cum per Euangelium
 Deo adducuntur, affi mo, omnibus vestris Missis, per aliquot secula, in toto
 Christiano orbe, oblati & celebrati. Et visitatum est in Scriptura, vt sepe
 ma verba omnia, sed tantum præcipua, ex alio loco citentur. Imò interdum
 sententia magis, quàm verba, ad que alluditur.

3. Et que hec tua est, Hispanie, prophanitas, quod ais. D. Paulus ob
 lationem mundam non habet? Ecquis amplius cæcum te esse negabit? An non
 enim Apostolus dicit: Vt fiat oblatio Gentium accepta & sanctificata?
 Et quid aliud est oblatio accepta Deo & sanctificata, quàm oblatio munda?
 An vero Sanctum tibi non est mundum? O prophane Esauita, & immun
 de porce, qui potius abi in haram tuam porcorum & sterquilinum, illicq;
 foscules collige. Et quis cum hoc impudentissimo Sophista, qui tam aperta
 tam perspicua Scripturae sacrae verba negare non erubescit, disputare
 cupiat.

Fol. 227i

Iam quod nugar, locum Petri: Vos estis regale Sacerdotium ad ce
 eos qui sic proprie dicti sunt, hoc est, Sacrificucuculos, se suiq; similes, ra= ce
 ses, vinctos, & oleatos, pertinere: aequè prophanitatem suam prodit, vt ce
 in Pauli loco. Quæso enim te, si vir bonus es, Hispanie, quos hic alloquitur?
 Nam rasam vestram turbam Missificam? Nihil minus. Quod si vel titulum saltè
 inscriptionem tibi inspicere vacasset, & non cæcus esses, vidisses vtiq;
 incipem quem vos vocatis, Apostolorum, scribere hæc, Electis aduenis di
 sionis Ponti, Galatie, Cappadocie, Asie & Bithinie. Num vero hi om
 niter sacrificuli? An etiam Ecclesie collectæ ex Gentibus illarum partiū
 Hos ergo vocat Regale Sacerdotium. Idem docebit te textus præsentis
 & capitis. Deponentes igitur, inquit, oem malitiã, &c. Sicut modò geniti
 rationales sine dolo, lac concupiscite, vt in eo (Christo) crescatis in
 vitam, ad quem ascendentes lapidem viuum, & ipsi, tanquam viui lapides,
 super

Fol. 227.
1. Pet. 2.

Q ij super



super edificemini domus spiritualis, in sacerdotium sanctum, offerentes rituales hostias (non dicit externum sacrificium) acceptabiles Deo Iesum Christum. Quid? hecne ad solos sacrificulos pertinet? An verò ad omnes ex æquo Christianos? Nemo opinor, negabit id neque aliter quisquam, nisi absurdus, ridiculus, & qui vix verbis afferuerit, interpretari hæc poterit. De his ergo dicit omnibus ex æquo: *Genus electum regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuncietis eius, qui vos vocavit, in admirabile lumen, quid multis opus est? vel cæcus hæc videat. Quod si tu, Hispanus, Lyra inspicere non fuisses dedignatus, certè non ita delirares in re omnibus & manifesta. Ille enim locum hunc, & rectè quidem, de omnibus libus Christianis interpretatur, qui per Baptismum filij dei facti sunt optui, Regale Sacerdotium, conformati Christo, qui fuit Rex & Sacerdos. Sic est, inquit, de veris Christianis, qui sunt Reges per subiectionem, & Sacerdotes per orationis deuote sacrificium. Ideo dicit Apocalyp. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum & Sacerdotes. Hactenus. Sed delirus iste Hispanus, sana nec audit nec admittit consilia, sed tantum impietatem, Idolomaniam, & Missam suam execratam sapiunt. Ita; peribit.*

Fol. 228.

4. Instat improbè, & negat Hispanus impudenter: Quod si ximè Isaias, Paulus, & Petrus, iisdem omninò verbis, quibus Malactiam, magnificationem nominis diuini oblationem & sacrificium nuncupauit, per Metaphoram, appellassem, quomodo probabunt prædicantibus lachiam, cum oblationem mundam dixit, eadem metaphora fuisse intellectisseque similiter diuini nominis glorificationem. Sunt, autem, Malactiam interpretes, eademque de re loquuntur. Hoc, inquam, est, quod neque probant, neque in æternum & in seculum seculi probare poterint. Respondeo. Homo stolidissimus perinde facit, ac si fatuus quendam albam esse negaret. Quis cū insipienti, ratione & sensu communi destituito, cum notitia communi & experientia pugnante, frustra disputaret? Vident enim omnes sani, esse, quod dixi, dulcissimum hunc consensum & harmoniam Prophetarum & Apostolorum, eadem de re, iisdemque planè verbis loquentium. Quod verò, more veterum, non veritatis, sed contentionis studiosissimus, ogganit, & blatterat: Etiam si Malactiam

Fol. 229.

si sit vsus vocabulis de oblatione mundata, tamen non posse de magnitudine Dei in gentibus, sed Sacrificio proprie dicto, accipi: In precedentiibus reposita sunt Hispani ratiuncula. In Folio eius 214. 222. ideo non iam iterum repetenda.

Interpretationem nostram euidenter pugnare cum eo, quod voluimus concludere, Malachiam de illa eadem re, quam Isaias & Apostolus oblationem gentium vocant, fuisse locutum. Qua de causa, bone vir? Quia, quod Malachias tantum de eo Sacrificij genere egit, quod vnius speciei atque modi sit, quodq; non semel tantum, sed sepius, in vnoquoque loco, factum esse. Audio, quid tum postea? Prædicatio autem Evangelij, & conuersio postea gentium, simul accepta, neq; Sacrificium vnius modi sunt, neq; oblatio eiusmodi, quæ cum frequentatione in vno & eodem loco fieri possit. Non enim sepius, sed semel tantum, vniuscuiusq; prouinciæ gentes, ab Ethnicis superstitionibus, ad Christi legem conuertuntur.

Respondeo primum, quod supra probatum est, Malachiam vocabulo cultus suo tempore visitati, cultum Noui Testamenti descripsisse, ideoq; non necessario sequi: Mincha, id est, oblatio, fuit certe speciei Sacrificij: Ergo necesse est hunc locum de vniâ tantum specie certa cultus in Novo Testamento accipi. Sumitur enim illic species pro genere. Quem admodum & in plurimis alijs Scripturæ Propheticæ locis, quibus cultus Noui Testamenti describitur: Vt Isaiæ 19. Egyptij (vocati ad agnitionem Christi) facient Sacrificium & oblationem. Quod si verò maxime Hispanus cognoscere noluit, maneamus sanè intra metas illas, quas nobis circumdat, videlicet de certa illa specie, prædicatione nempe Evangelij de Christo, & divulgatione inter gentes, accipiatur. An hoc non est vnius modi, & generis? Nam verò noua subinde dogmata, nouiq; cultus sunt confingenda, & Christi Ecclesiam inuehenda? Sic quidem vos, vestriq; Maiores, Scribæ, Pontifices Romani, faciliare sum soliti, suasq; obtrudere Tradições. Absit autem à nobis, & prohibeat Deus propicius, ut eorum aut aliud prædicemus Evangelium, ne anathema illud, ab Apostolo pronuntiatum, in nos, perinde ac vos, torqueatur. Sed, inquit, non sepius, verum semel tantum, vniuscuiusq; prouinciæ gentes, ab Ethnicis superstitionibus, ad Christi legem conuertuntur. Audio quid dicas. Sed oblationem absurdissime, hac ratione sequetur, iam prorsus nihil amplius opus.

Q. iij

Fol. 229.

Fol. 230.

Fol. 231.

plius opus esse ministerio Ecclesiastico, quia omnes, tua opinione, et titulo
 Sed rem longè secus habere experientia docet. Semper & quoties agitur
 oblationem mundam nos offerre oportet. Vt enim taceamus iugentes, & le-
 piorum, impenitentium, errantium multitudinem, eosque, qui prauam ex ter-
 bent & peruersas ac superstitiosas opiniones, quibus abundat cor hominis
 & ebullit, atque seaturit, tanquam fons inexhaustus, in quibus est laboriosa
 dum nobis perpetuo: pijs etiam opus est nostra opera quotidiana, ut coram, adeoque
 hortemur subinde, & eximulemus ad poenitentiam, quibus nobis omnia.
 (quod forte tu, Iehusee tuique socij, hypocrite, non intelligitis) per
 vitam est opus. Et vos copiosam nobis præbetis materiam offerendi. Quo-
 solum incensum quotidie Domino, sed etiam oblationem istam mundam præbisse, en-
 cendo, refutando vestram impietatem, & quos possumus, perniciosè in illationib-
 tes in vestro Pharisaismo, Idololatria multiplici, lucrificiando, ut se conuincatur. Cl-
 tant ad Dominum, eosque adducamus, fratres nostros, Domino Deo obsecramus
 oblationem mundam: sicut filij Israel attulerunt oblationem Domino, Apo-
 ergo, ut delirat Hispanus, sufficit semel tantum conuerti à superstitio exor-
 Ethnicis, & Papistis, alijsque, sed perpetuo labore nobis est opus, ut adeoque in
 die hanc eandem offeramus oblationem. Non enim conquiescit Satanas
 eiectus, sed circuit semper, tanquam leo rugiens, & reprensus, domum
 dis purgatam ab illis, assumit septem nequiores se, & omnibus modis
 conatur in domum, vnde fuerat eiectus. Hic tu, fortis scilicet Missificus,
 celebrare iugiter sufficere arbitraris, eisque Satanas omnes vos equi-
 ad: pellere imaginamini stolidè.

Fol. 231.

Quod ex sui college Disputat. contra me edita, hyperastropho-
 tit, lupus agnum & ouem ingeminando, magis ad Malachie locum
 tiam illam Christi: Hoc facite ad mei commemorattonem, acce-
 dam, atque illam item Davidis, in persona Catholici sacerdotis
 tribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutem
 pian: Superius de Christi verbis satis est dictum & responsum, non
 Christum, in Missa suam offerre Deo corpus, quod nec ipse in Car-
 Deo Patri obtulerit. Et quod ad Psaltis locum, quis Missatici Sacri-
 calicem per vitrum infectum vident, statim calicem Missaticum esse
 tiunt. Sed rectè Vatabulus est interpretatus, nisi suo more rideat Sa-
 de

adulatorijs conuinijs, quæ coram Domino ad tabernaculum, mandato
agitabant, cum oblatis victimis, gratias Deo, pro acceptis bene-
volentis, & liberatione ex malis, agerent, celebratione nominis ipsius. Id
ex textu verbis colligitur, & non Missæ calix, quæ deprauatio est
cor hominis & sacrilega Scripturæ S. S. Quæ piorum conuivia sobria, Deo
est laboriosa multò suere, & ipote verbo ipsius instituta, quam omnia Sautita-
a, & in eam, adeoq; Pontificiorum omnium ieiunia, quæ non valent vno obulo
obis conuicia. Quod hic eorum cultus, Christo teste, per secessum abeat.

Quod in conclusione loci Malachiæ se eruditiss. Patrum testimonio
probat, eum de externo Sacrificio loqui & accipiendum, iactat, & suis
dilatationibus, à me in disputat. producta eorundem testimonia, eludere
conatur. Clamores Hispani & testes non curamus, quod longè eruditiores
Deo habeamus & vetustiores Patres, Isaiam dico Prophetam, Paulum, & Pe-
trum, Apostolos Domini. Quia verò perpetuò contendit, Malachiam
de externo aliquo in Ecclesia Sacrificio, & non spiritali, vaticinatum: Tertull. lib.
deog; insigne illud Tertull. quid loci Malachiæ interpretationem continet, contra Iudeos.
Cur itaq; inquit, postea per Prophetas prædicit Spiritus, Et contra
in omni terra, aut loco omni, offerantur Sacrificia Deo, sicut
per Malachiæ Angelum, vnum ex 12. Prophetis, dicitur Indubitè
quod in omni terra exire habebat PRÆDICATIO APO-
TOLORVM. NAM QVOD NON DE TERRENI-
S SACRIFICIIS DEO litandum sit,
cor contribulatum hostia Dei est. DE SPIRITUALI-
S VERO SACRIFICIIS addit, dicens: Et in omni loco
SACRIFICIA MVNDA OFFERVNTVR nomini meo.

Fol. 233^o

Domini. Nam quod excipit Hispanus, Tertullianum, nomine
tantum rerum, Leuitica tantum excludere Sacrificia, non verò Sa-
crificia, in quo Christus offertur de celo. celestis: manifesta est corrup-
tione Tertull. contra ipsius non solum memem, sed verba quoq; qui-
bus & manifestis. loci Malachiæ dicit, non de terrenis, generaliter
de spiritualibus Sacrificijs accipiendū, quod in omni loco Sacrificia
munda.

Fol. 234ⁱ

munda offerantur nomini Dei. Et quæ sint illa ibidem habetur: in dicitur inquit, quod in omni terra exire habebat prædicatio Apostolorum: prædicatio dicit, Hispanæ, Apostolorum exire habebat, in omni terra. Non Missas in omnibus locis, & templorum angulis celebrandas, Audi Hispanæ? Et tamen Sacrificucuculus, quod mirum est, hic videt Missæ Sacrificium. Non ergo cæcum amplius dicemus, sed Argo etiam eam rem cum quod nusquam est, videat, quod sanè mirum est.

Fol. 224.

Esa. ult. & 61.

Heb. 5.

Isa. 2.

3. Accedit & ad locum Isaie vlt: crucifigendum Hispanæ hinc quoq; probet, per miseram collectionem, Missæ suæ prophane sacrificium Sacilegum Sacrificucuculus, hoc modo: Deus promissus gentibus, Apostolorum ministerio adductis ad Deum, assumpti sunt sacerdotes & Levitas. Et iterum: Vos autem sacerdotes Domini, bini, ministri Dei nostri. Sacerdotes autem proprie dicti sunt, qui liari delectu ex reliquo coetu hominum ad id muneris eliguntur, ut prædictum Sacrificium, idq; ex notione nominis, offerant. Ait enim deus: Omnis Pontifex (non ait Leviticus, ut peruersè Heerbrandus, seu uersè) ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ Deum sunt, ut offerat Sacrificia & dona pro peccatis. Proinde nominis sunt sacerdotes. Ergo & Sacrificium est aliquid proprie dicitur Ecclesia, ad quod offerendum deligantur sacerdotes à Deo, quodq; legitimum sit & legitimum. Porro nullum aliud est huius generis Sacrificium Ecclesia, quam Missæ, ad quod benè legitimeq; offerendum, Deus nomen adimplens, delegit sacerdotes.

Respondeo breuiter: Certissimum est, figuratis verbis prædictam Isaiam, suiq; temporis vocabulis, hoc in loco, usq; describere ceterum Testamenti. Sicut etiam, quod dicit, gentes adducendas esse in Hierosolimam ad montem sanctum, quod certè minime factum est corporali modo spirituali, cum videlicet gentes fluere ad Christum, audiendæ concordia de ipso. Quod & sequentia testantur: Erit sabbatum ex sabbato, &c. est, perpetuæ erunt feriæ, quibus Deus continuò celebratur in Ecclesia. Igitur quod dicit: Assumam ex eis sacerdotes & Levitas, eadem ratio non est accipiendum de Sacrificulis, qui peculiare, & sic proprie dicitur externum, Sacrificium offerant, quale Pontificij somniant. Quæ si nihil probat, inquit, August. sed pro ratione Noui Testamenti est accipiendum.

pro ministris Ecclesiæ, ut sit idem, quod Apostolus disertè dicit, Christus dona dare hominibus. Apostolos, Prophetas, Evangelistas, Doctores, Pastores, qui prædicent Euangelium de Christo, & dispensent Sacramenta, instituta. Non instituit Christus Coenam suam, ut sit Sacrificium pro peccatis uiuorum & mortuorum, sed ut corpus eius & sanguis, in ea, dispensentur Ecclesiæ, quò applicetur ei Christi meritum, non misitendo aut misitendo, sed prædicando cum alijs semper, tum etiam in Coena Domini administratione, ipsius passione, merito, ac uerè uniceq; propiciatorio eius Sacrificio. Quod non in Missa misitendo & offerendo, iussit reperiri, si commemorando, hoc est, publicè prædicando, cum hoc iussit facere, hoc est, edere & bibere, & publicè mortem eius annuntiare. Et hoc est, quod uidetur pronuntiat: Filij peregrinorum edificabunt muros tuos. Minime ergo hinc sequitur: Isaias uaticinatur, Dominum assumpturum ex gentibus conuersis sacerdotes. Ergo loquitur de illis, qui uerum externum corpus & sanguis Christi Deo offerunt Sacrificium. Mala est consequentia, in qua plus est, quàm in antecedenti. Et plus tribuit etymo, quàm ei conueniat. Sacerdos enim dicitur qui sacra dat. Hinc non sequitur: Ergo sacerdos is, qui Missæ offert Sacrificium. Sed id sibi probare uidetur Hispanus quia inquit: Nullum aliud est externum in Ecclesia sacerdotium & Sacrificium, quàm Missæ. Sed hoc negatur. Imò maxime est aliud, ministerium uidelicet Ecclesiasticum, quo uerè sacra administrantur Ecclesiæ, uerbum nempe Dei, & Sacramenta diuinitus instituta. De Missa Pontificia in Scriptura sacra uerbum nullum. Quæ prius probandum fuerat firmiori argumentis, quàm Hispanus usus est.

Locus ad Hebr. manifestam habet antithesin Christi & Pontificum sacerdotum, qui erant secundum ordinem Aaron, & sacerdotij uirorumq; uicarij, in Christo omnia longè esse præstantiora, quàm isto altero, ideoq; uicarij tandem oportere. Quod autem dicit: Omnis Pontifex, quod Hispanus: accipienda est particula uniuersalis pro rei subiecte nature uicarij extendenda. Quod etiam in alijs Scripturæ locis obseruatur non ignorant. Loquitur autem ibi de Leuiticis Pontificibus, nullo autem uerbulo de Noui Testamenti ministris Ecclesiæ. Sic etiam dicitur illuminare omnem hominem, qui uenit in hunc mundum. Item De plenitudine eius omnes accepimus, gratiam pro gratia, cum ta-

R men

Heb. 5. Fol. 235.

men certum sit, non omnes à Christo illuminari. Nec omnes ab eo gratiam accipere. Sic de Pharisæis dicit Christus: Omnia quaecumque dixerint super terram: Quod pro Pharisæis istis nostris facere videtur. Sed loquitur de Trinitate tantum Moysi, que cathedra eius dicitur.

Fol. 236.

Iam quod me errorum arguit duorum, circa Isaiæ locum, et hunc D. Petrum interpretatum esse dixerim, de omnibus Verè in Christo credentibus, quos vocet regale sacerdotium. Et sic non ad Missatarios cruciferos, sed oēs ex æquo Christiãos retulerit: Cũ Isaias loquatur de ecclesiasticis sacerdotibus, qui delectu habito assumantur et ministrent, in his, que pro Deum, pro populo Christiano. Ita enim eius Verba sonare. Non autem Verè credentes ita ad ministerium Ecclesiæ delegi, sed aliquos Magna igitur dementia est, inquit, cogitare, Isaiam eo loco de sacerdotibus propriè dictis, nempe omnibus Christianis, fuisse locutum.

Ego Verò amplius dico: ingens est non solum tua fatuitas, Hispani etiam malitia diabolica, quod tu mihi id asseribas, quod nunquam dixi, quam sensi, nunquam scripsi unico Verbulo. Duo enim sunt diversa Isaiam, distincta Versibus et periodis. 1. cum, ut in præcedentibus sensum, dicit: Et adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus, ad oblationem Domino, &c. Hæc dixi, et repeto, accipienda esse de omnibus gentibus, quas Apostoli suo ministerio adduxerunt Domino oblationem. Ad hæc Verba, dixi Petrum respexisse, eademque de re dixisse, cum omnes Christianos regale sacerdotium, sicut Lyra est interpretatus ad referendos hostias spirituales, &c. 2. quod addit, et sequitur postea Versus, et noua periodus: assumam ex eis sacerdotes et Levitatos, &c. est, de quo nihil dixi in mea Disputat. ne Verbulum quidem. De Isaiam agit Hispanus, et ex his probat sacerdotium suam Missatarios arguit erroris, quasi hæc Verba retulerim ad sacerdotium spirituales Christianis commune (de quo supra in prioribus verbis dixi) et regale, de externo ministerio Ecclesiasticis quicquam ab Isaiã dici, sed omnino de spirituali omnium Christianorum sacerdotio: cum de hoc Versu nihil per me ego dixerim. Hic dolus est, fraus, et impostura est Hispani, bene Atque ita mea Verba et sententiã depravat, omnia inuoluens, nihilque arguens, neque in Isaiã, neque in mea Disputatione et verbis. Videatur proposito Disputat. mea 81. Quid est calumnia, si hæc non est.

1. Quod negem, in toto Novo Instrumento sacerdotum aut sacerdotij
 mentionem, sed tantum ministrorum Ecclesie, & hinc concludam, esse
 esse sacerdotium externum, aut sacerdotes. Cum tamen à viris do-
 ctis locus Petri & Apocal. Fecisti nos sacerdotes, ad sacerdotium proprie
 dictum referantur. Item, disertè ab Isaià dicatur: Vos autem sacerdotes Do-
 mini vocabimini, ministri Dei nostri. Item: Assumam sacerdotes & Leuitas
 ex eis. Quod si ministros Noui Testamenti peculiariter sacerdotes vocat
 Isaias, & vocandos predicat, quid est cur Sectarij requirant, ut in Scrip-
 turis etiam Noui Testamenti sacerdotes appellentur? An de auctoritate
 Isaiæ dubitant? &c. Respondeo. Non dubitamus, sed antè probauimus, uti
 fuerunt temporum vsitatis vocabulis, quibus res Noui Testamenti descri-
 bantur, & quidem in hoc ipso loco, quod multis docuimus. Et vide, Hispa-
 ne, quid facias? Cui enim hinc probetis, vos veros esse & proprie dici sacerdotes,
 quia Dominus in Isaià prædicat: Vos autem sacerdotes Domini vocabimini:
 sequatur etiam, Vos arbores vere & proprie dici. Quia in eodem capite
 & contextu orationis dicitur: vocabuntur arbores iustitie. Quod si ergo
 arbores vos vocabimini, caue ne etiam stipites & trunci non solum vocemini,
 sed etiam stis. Siquidem hinc sacerdotes vos dici & esse vultis,

Fol. 239.

1. Pet. 2. Apo. 15.

Isa. 61.

Fol. 240.

Quod postremò adijcit: Neque quicquam refert, quod in Nouo Testa-
 mento eiusmodi ministri non dicantur sacerdotes, si maxime hoc concedere
 vultis. Respondeo, Nec nos tam de vocabulo, sacerdos, quam de re, quam
 per illud intelligitis, & inde infertis, contendimus, videlicet: Sacerdotes
 sunt, ergo Sacrificium legitimum Missæ. Quod antè quoque non sequi osten-
 demus: Cum alia sacra sint, quæ nos vult facere.

Fol. 241.

Hec etiam subijci: succenturiator locum, quem collega eius contra me
 ait ex Malach. 3. Purgabit filios Leui: vnde probare voluit, ordinem
 peccatorum peculiariter ad pie sanctèq; offerenda corporis & sanguinis
 missæ Sacrificia, Deum purgasse. Et sic Hieronymum quoque hunc locum
 interpretatum esse. Vnde concludit, Prophetam non illis verbis de com-
 munitate Christianorum purgatione agere, sed de emundatione sacerdotum, quos,
 præsertim licet Sectarij, habet Ecclesia proprie dictos, ad offerendum veri
 sacrificij. Respondeo. Si hæc, Hispanè, verba Prophete, de
 Sacrificiis dicta esse intelligitis, videntur non ineptè
 ad hoc quædam accommodari posse, nempe hoc, quod Sacrificuli, iudicio
 R ij delectorum

Fol. 241.

delectorum à Papa Cardinalium, omnium sint impurissimi homines, maxime hi indigent, ut sapone mudentur, quia sordidissimi, pollutissimi flagitij.

Cum verò unicum sit lixiuium, aut lauacrum, quo Christus omnes emundat & purgat, nempe suo sanguine, qui nos emundat à peccato, quo toti sicut nix dealbantur omnes ex aquo credentes: Quo quomodo vos conflavit & excoxit, ut ibidè habetur, ad piè offerentia Sacrificia, ut tu loqueris? Num ut scoriame? Ita certè credo. Ecce enim esse Satane irati, extremumq; eius conatum, res loquitur ipsa. Sed passim Missos faciunt Missaticos Sacrificulos, & ad locum Malachie respondet.

Loquitur is de Christi in carnem aduentu, quod nemo negare potest sicut de præcursore eius Baptista ibidem vaticinatur: Ecce, inquit, Angelum meum, ille preparabit viam meam. Et statim venit ad me suum dominator, & Angelus Testamenti, quem vos vultis. Hinc loquitur (quæ verba Hispanus sola recitat, omisis illis, de aduentu Christi in carnem & Hierosolymam) quid sit factururus: Purgabit filios Leui. Quia hi filij Leui, quos Christus suo aduentu purgavit? Sacerdotes, Scribae, Pharisæi, Pontifices. Hos, inquit, colabit, (aut fundet) quasi aurum & argenti igni, ab alijs metallis. Ita horum doctrinam purgabit à traditionibus humanis, quibus doctrinam celestem, quæ instar auri est purissimi, corruptam quod factum est ab ipso ad literam. Et qui ex his sanabiles fuerunt, de his Christi emendarise passi sunt, & salutare Ecclesie Doctores sunt. Quales sunt Nicodemus, Paulus, & alij plures. Hæc vera & generalis propheta sententia est. Nec vaticinatur de Sacrificulis Missaticis, quod alijs purgare velit hominibus, quod bene Missare possint. Hanc enim doctrinam nulla opus est purgatione, aut peculiari spiritus S. dono, cum videamus multos indoctissimos asinos Sacrificucuculos, qui neq; nascere, neq; mori norunt, sed tantum mediocriter legere, & tamè diabolicissime Missam legunt.

Tandem, mi Domine Gregori, ut nonnihil tecum in concordiam redeam, dissentimus enim aliàs ferè per omnia sentio ego quoq; tecum, de vobis Sacrificulis Missaticis, hunc locum Prophete non incommode adeo posse intelligi, & de vobis esse locutum, si tamen vos in spiritu venturo prævidi dicit: hoc modo & ratione, videlicet, ut Pharisæas vestras & impii...

ritus de Missæ vestre sacrificio fuisse, opiniones, aliosq; errores ferè
 ameros, in primis Idololatricam, & plusquam Ethnicam mortuorum in-
 vocationem, statuarum, truncorum, & imaginum, ostiumq; cadaverinorum,
 rem reliquias veras non habeatis, adoratione, & quæ huius sunt farine plu-
 rimas, magicas creaturarum consecrationes, falsa & prava dogmata ve-
 stra, & obijciatis: Verum usum Coenæ Dominicæ è Scriptura S. disatis:
 Christum unicum peccatorum expiatorem, qui unica oblatione in æternum
 consummavit sanctificandos, vera & indubitata fide amplectamini: eos tan-
 tum calvus & ea opera, quæ Deus instituit & præcepit, Deo præstetis: Tum
 vero, non solum à peccatorum vestrorum sordibus multiplicibus, Carnica in-
 primis crudelitate & seuitia, qua sanguinem innocentem piorum sititis, sed
 etiam à traditionibus vestrorum Maiorum humanis, doctrineq; corrupte-
 lis, purgabimini: & placebunt sacrificia & holocausta vestra Deo, sicut in
 diebus antiquis, & primis Apostolorum temporibus. Nec putes ioco magis
 hæc à me dici, quam serid, & ex animo.

4. Missam Pontificiam probare ex Daniele conatur, qui prædixit, ^{cc} Fol. 243.
 ante mundi finem dies mille ducentos & nonaginta, hoc est, annos tres cum ^{cc} Dan. Vlt.
 dimidio, derogatum iri Iuge sacrificium. Dubium autem non esse, quin hoc ^{cc}
 legitimum sit, Deoq; gratum. Non posse autem per Iuge sacrificium intelligi, ^{cc}
 immutari sic dictum, iustitiæ & bonarum operum, aut etiam prædicationis ^{cc}
 non Euangelij. Quia multiplex hoc sit: Illud autem Iuge simplex. Quare ^{cc} Fol. 247.
 Missæ sacrificium, quod simplex sit, & iugiter offeratur, & præter hoc ^{cc}
 nullum aliud externum noverit Ecclesia, Iuge illud esse sacrificium. Respond. ^{cc}
 ipsa sunt dissoluta Hispani, qui hoc loco multa probat, quæ non negamus, ^{cc}
 de re legatur Lutheri commentariolus super hoc cap. in Biblijs, ab ipso ^{cc}
 pronuncie conuersis. Multa etiam de rebus, quas non intelligit, garrit, nempe ^{cc}
 tempore, annis & diebus, cuiusmodi sint, quando incipiant. Et quis istos ^{cc}
 offeraturus? Hæc enim si quis antequam sume & impleret, certò sci- ^{cc}
 proagros foret singula, etiam extremum diem certò prædicere posset: ^{cc}
 quæ non modò hominibus, sed etiam angelis, vult esse absconditum. ^{cc}
 Hispani est superbia & temeritas de istis ita pronunciantis, quæ ^{cc}
 Deo ex angelo audiens, non intellexit. Eiusmodi enim Vaticinia, anteq- ^{cc}
 quam dicitur de cæla enur, non ita facile intelliguntur.

Quod vero ad Iuge sacrificium attinet, de quo hoc loco Daniel Vati-
 cinatur.

R iij

cinatur.

Maccab. 1.

tinatur, abrogandum per Antichristum ante extremum iudicium. Primum
 nouissima hora, & tempus nouissimum, non breue temporis (spacii)
 Scriptura sacra significat: sed totum illud, quod à Christi in caelos
 su ad alterum eius ad iudicium reditum inter est, dicente Apostolo: iam
 ma hora est. Deinde, quod Daniel de iugi sacrificio loquitur, certum
 figuratam esse locutionem: Non enim de Missatico sicut nec de Leuitico
 quod sic propriè & ad literam dictum est, intelligendum, quod & An-
 chus Epiphanes abrogauit. (de quo in precedentibus capitulis dictum
 neq; hoc solum, verum etiam sacra & sacrificia omnia, cultus & caerimoniae
 as omnes legis Mosaeicae, codicibus etiam sacris exustis, ac trucidatis omnia
 ea obseruantibus. Quae omnia Daniel iugo iugis sacrificij vocabulo
 synecdochen, complexus est, hocq; vocabulo non vnicui tantum illud
 locausti & libaminis adhibuit speciem, sed totum cultum populi Iuda-
 unitus institutum, intellexit. Quae vsitata est figura, idq; euentus con-
 bauit. Tale nullum est in Ecclesia Noui Testamenti iuge sacrificium Lo-
 cum. Quod igitur praedicat Daniel, seu Angelus potius, Antichristum in Ec-
 clesia iuge sacrificium, ante nouissimum diem aboliturum: non significat
 tale in Ecclesia sacrificium iuge reperiendum, quale inuenit Epiphanes
 Iudeos. Alias enim & sacrificia illa vetera fuissent reperienda. Sed hoc
 dicere: Antichristum similiter verum & syncerum Dei cultum, à Christo
 Nouo Testamento institutum, abrogaturum. Nunc igitur sunt, quod de
 plici iugi sacrificio, cuius Daniel mentionem fecerit, arguatur. Hoc est
 Ecclesiae Dei nequaquam, ut ineptit Hispanus, Missa est Pontificia de-
 nanda, quam nunquam Vera Christi Ecclesia agnouit Verum esse, quod
 perhibent, propiciatorium sacrificium, pro peccatis viuorum & mor-
 rum, sed Antichristus Rom. Deum fecit Maxim: Sed syncera Veritas
 praedicatio, & vsus legitimus Sacramento rum, quae praecipuus (sui) Chris-
 tianorum cultus, quem Antichristus, Rom. Pontifex, si non omnino scilicet,
 certè polluit, corruptit, deprauauit: caelestis doctrinae verbum, Ceterum, Deo
 mini prophetauit: in sacrificium, quod sacrificuli, indocti asini sineq; mora-
 te, Deo offerrent, ex opere operato verè propiciatorium, mutauit. Hoc non
 do vnicui Christi, summi Pontificis, imperfectionis arguens, atq; ita quae
 tum in ipso fuit, abrogauit. Ideoq; Verus Antichristus Rom. Pontifex. De
 quo alibi plura.

Non posse autem Missam Pontificiam iuge illud sacrificium esse, quod Daniel est vaticinatus, vel hinc liquido apparet, quia id futurum est Hispanis & duraturum tribus annis cum dimidio, ante mortuorum resurrectionem. Iam autem sexaginta anni sunt, ab eo tempore, quo pu-
Fol. 250.
 ber VVittenberge Missaticum illud sacrificium est abrogatum. Quod si vero excipiat, de vniuersali Missa abrogatione id accipiendum (o se-
 licet illum diem, quo hoc futurum est) hac ratione certus amorum & die-
 rum numerus prescribitur & definitur, vnde cognoscetur dies vltimus,
 quod manifesta non caret absurditate, quia omnibus creaturis hunc Deus
 vult absconditum esse.

Prætereā nos, qui Dagonem de suo loco, in quo nimis diu stetit, deieci-
Fol. 253.
 mus, non esse, nec Antichristos, nec eius præcursores, ab hac grauisima nos
 per te absolutos accusatione, tuis te conuincam verbis. Scribis enim, & re-
 dicitur tibi ex Apostolo: Antichristum sub finem mundi in templo Dei sessu-
 rum, tanquam sit Deus, hoc est gubernacula Ecclesie Dei vera illi fore com-
 missa. Negas autem, & qui dcm quantum potes negas, nos in Ecclesia Dei esse,
 sed, nequam in ea dominari, sed pro: sus extra eam, ab eaq; alienissimos, heres-
 ticos. Quomodo igitur nos Antichristi esse possimus.

3. Probare ratione ex varijs circumstantijs conatur, Missam Sa-
Fol. 254.
 crificium esse legitimum. Quin tu dic de tribus capellis, Hispanie. Audiui ha-
 cenus te magno conatu maximas protrussisse nugas, & anxie ac labriosè te
 iniquè iussisse quæcumq; potuisti, corrupisse, & deprauasse pleraq; quod
 conuincit: sed quia veritatis simplex est oratio, non (quod supra etiam
 notauimus) tot tantisq; opus erat ambagibus, si causam bonam foueres. Quia
 vero Missæ sacrificium nusquam, in tota Sacra Scriptura, inuenire po-
 tuit, sicut in aquis perituri vtilissima quæq; arripiunt, quibus se elucta-
 rant, planè tu quoq; certò periturus, nisi ad sacram anchoram insti-
 tuas Corne Dominiæ, à Christo factæ, te conferas, facis.

Item sententiam, ex Augustino excerptam, ad sacrificium suum Sa-
 crificium confirmandum prodit. Quatuor considerantur in omni
 sacrificio: cui offeratur, à quò, quid, pro quibus, offeratur. His ego, in-
 quæ rationem, pleniorē faciam, addo: quomodo, & ad quem fi-
 at, & cuius legis tempore fiat. Et ego, Hispanie, ut rationem,
 faciam.

faciam plenissimam, etiam unum adhuc addo, & quidem, si non fallerem, autem, me in hoc non falli, quia S. S. sequor) apprimè necessarium, quo videlicet sacrificium sit institutum & mandatum, ut hoc modo scietur, quo causam habeamus efficientem. Hac enim si destituatur, nec quæ illa Augustini, nec quintum à te additum, nec ipsam etiam sacrificium, valent obulo, ut scias Hispane, omnia.

Iam tu illa Augustini, tuumq; auctarium, ad Missæ sacrificium, admodum singula, in eaq; concurrere ais. Sed quanta id à te sit te meritis enim Augustino nunquam venit in mentem, nec tum in rerum suis, sed de Christi unico in cruce per adlo sacrificio interpretatur, ad illud commodat ista, quæ tu fraudulenter omisisti, Hispane. Sic enim verba trahunt: Ut quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio, cui, à quo, pro quibus, offeratur: Idem unus verusq; Mediator, per sacrificium (non panis, Hispane) reconcilians nos Deo, unum cum illo maneret, offerbat, unum in se faceret, pro quibus offerbat, unus ipse esset, qui offerbat, & quod offerbat. Hanc te ipsius accommodationem fraudulenter esse, aio. Et ne fraus & impostura tua deprehenderetur, non verum, sed suum assignasti locum, librum, & caput, Augustini. Nempe (ut tua habet Trinit. lib. 13. cap. 4. cum sit libro 4. cap. 14. Ne verò dicas, vitio Typographi factum, qui similitudine numerorum falsus, unum pro altero, erroris fuerit: nullam habent cognationem 13. & 4. Num crimen hoc falsitatis, prudenti Lectori considerandum relinquo. Ad rem veniamus. Tu peruerse Menalca, dolis tuis proficis, cum Augustinus hæc in sacrificio impleta esse doceat, tum, cum seipsum Deo Patri pro nobis offerit, unus, verusq; mediator, per sacrificium pacis, quo nos Deo reconciliaverit, nostro Missatico sacrificio, vestra opinione verè propiciatorio, reliquit locus? Abi ergo, cum tuo sacrificio Missatico, non abominando locum, sed blasphemio etiam, sacrificiucucule, in malâ crucem, impostor, falsarum hæc non ex Augustini mente, sed tua pertinaci malitia Diabolica, ad Missam tuam singula accommodas. Iuxta singula illa quinque, quero. Cuius mandati ordinatione, & institutione, Hispane, in Cœna Domini offeras, vobis dicitur filium Dei: Et offeras tu, corpus & sanguinem Christi, ex pane & vino co-

August. lib. 4. de
Trinit. cap. 14.

Vide Hispane,
num legerim
Augustinum
quod in tuo
quodam contra
me scripto, ne-
gasti.

ut loqueris, Deo Patri? Et quidem pro uiuis & mortuis? Quero, quis, ubi quando, cuius legis tempore, Veteris an Noue, te sacrificium conficere iusserit corpus & sanguinem eius ex substantia panis & uini? Et offerre ipsum Dei filium, Deo Patri? Et quidem pro peccatis uiuorum & mortuorum? Similiter & histrionias istas & ridiculas adhibere gestulationes? Mysticas enim vestras significationes curamus, cum non in umbris uersemur amplius, orto nobis sole iustitiae. Ita inquam, Hispanice doce singula, singulis perspicuis scripturae sacrae testimonijs. Necessesse enim est tanta sacra, in quibus totius Ecclesiae factum consistit, perspicuis, illustribus, & firmissimis, atque immotis nisi scripturae testimonijs, quod fides nostra firma sit, & non hesitet. Quae haecenus te nusquam & nunquam fecisse uidimus.

Nam quod praeterea dicis, in omni lege sacerdotium esse, quod antequam etiam habeat sacrificium: Ideoque etiam in Noua lege. Concedo omnino. Sed hinc non sequitur: Ergo Missaticum Sacerdotium & sacrificium diuinum est. Christus enim Sacerdos est, in aeternum. Ipse & Mediator ille. Non Testamentum est & sacrificium, agnus ille Dei, qui tollit peccata mundi, semetipsum obtulit hostiam semel Deo Patri, in odorem suauitatis. Deum, quia in Deum Pater coelestis est placatus, ut omnibus in ipsum credentibus, propitius remittat, propter illud filij sacrificium, semel in cruce oblatum, tota peccata, & donet vitam aeternam. Hac enim unica oblatione conseruauit in aeternum sanctificandos. Ipse Sacerdos, & sacrificium, & oblatio. Ipse est qui offert, & quod offert. Missam igitur uestram sacrificium missam facite.

Non uero, quod cum suis improbat id, quod asserimus: in cultu, religione, & diuinis, iudicium & dictamen rationis humane non sectandum, sed a casu ratio: Ideoque illa omnia a Scriptura sacra petenda, secundum praescriptum omnia nobis sint facienda, & instituenda: Et dicit, conuincit, multa esse diuinitus reuelata & instituta, de quibus neque cogitare, neque iudicare unquam mens humana potuisset. Illud etiam de ignorantiae uulnere, quod nobis est a peccato inflatum, sepe accipere de his, quorum cognitionem aliquam ratio nostra percepit, saltem iudicium ferat. Sed quod iudicium rationis a Disputatione de rebus, tanquam omnino eorum, quod nullam in his rebus unquam fidem

- Eol. 261.** » facere queat, prorsus repellatur. Hoc Verò, neq; hoc ipsum iudicium, quo
» his etiam rebus quotidie vitimur (& malè, Hispanè) neq; Scriptura
» feret. Quia opus legis scriptum est in cordibus, ut Apostolus loquitur.
» Nónne in materia quoq; Religionis erga Deum versatur?
- Luc. 10.** Respon. Non intelligunt homines isti magnitudinem peccati originis
» unde vulneratam tantum dicunt naturam, sicut parabolam quoq; illam
» in latrones incidit, & vulneratus, semivivus est relictus, huc accommo-
- Eph. 2. Col. 2.** Scriptura verò testatur, hominem in peccato esse planè M O R T U M,
» V M, quod ad vires in spiritualibus, tantumq; abesse, ut divina intelligat
» aut percipiat, quin stultitia etiam illi sint. Et quod non possit intelligere.
» Ideo captivare nos iubet omnem intellectum in obsequium fidei. Quod
» que Religionis sunt propria, Sacramentorum, de Christo, eiusq; personis
» officio, Sacerdotio, &c. mysteria vocantur, abscondita à ratione, &
» scriptura sacrosancta, atq; sola divina revelatione petenda. In quibus
» humana, que ceca est in his, locum prorsus nullum habet. Reliqua
» dem est scintillula quedam notitiæ de Deo, quòd sit Deus: tamen
» tes hominum de hoc quoq; sæpè dubitant, sicut Spiritus sanctus testatur,
» quibus: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Insipiens porro
» dicitur fatuus, qui usu rationis caret: sed, more Scripturæ sacræ, omni-
» mo non renatus, nec illuminatus à Spiritu sancto, salutari Dei agnitionem
» Ad hoc autem illam naturalem de Deo agnitionem facere testatur Ap-
» stolus, non quod per eam salutem consequi possint aeternam, sed
» sint inexcusabiles. Sed, quis sit Deus, que eius Essentia, que Natur-
» tas, quomodo colendus Deus: Hæc verò omnia & singula, aliq; illa
» ac Religionis nostræ mysteria, ad salutem necessaria, ignorat non
» etiam in sapientissimis. Hinc dubitationes de Deo, de providentia
» na, præsertim in adversis & tenuationibus. Hinc innumera Deo-
» rum turba, ab hominibus excogitata. Hinc tam multiplex, horrenda, &
» abominanda Ethnicorum Idolomania. Hoc est, quod idem Apostolus
» Eisi cogroverunt Deum: tamen non ut Deum coluerunt, sed enunc-
» vunt in cogitationibus suis, & obscuratum est cor insipiens eorum. Ita
» totus mundus tenebris dicitur Iohan. 1: Tunc à tenebris luce in precesse
» Epicuri estinus. Hinc vestra quoq; Hispanè Religionis magna pars, &
» ab Ethnicis mutuata, vel à vestris Maioribus, Pharisæis, Scribis, & Po-
» tificibus

abus Rom. bono studio & affectu colendi Deum, excogitata. Quae ve-
 rissima, & rationis stultae & caecae opera, tenebrae dicuntur, quae luce
 veri Dei damnantur omnia, non solum ut frustranea, sed etiam ut impia Matth. 15.
 & idololatrica, de quibus alibi à nobis copiose est actum.

Nam quod legem mentis bonam Apostolus dicit: miror caecitatem *Fol. 262:*
 Pharisaei stultus, quod referat ad rationem suae intellectum, & non vi-
 det in eodem versu procedere: delector lege Dei secundum interio-
 rem hominem: Quam hic vocat legem Dei, insequentibus eiusdem versus,
 vocare legem mentis, cui repugnat lex membrorum. Duplicem enim
 dicitur hominem: Internum novum, renouatum, quem vocat etiam spiri-
 tum: Et externum, veterem, non renatum, quem carnem & carnalem
 vocat, non respectu tantum inferiorum virium & affectuum, sed etiam
 rationis & intellectus: damnatur enim *quod* carnis cap. sequenti 8.
 quod sit inimicitia aduersus Deum. Et ad Ephes. 4. Vanitas mentis dicitur.
 Haec scilicet bona, non Apostolo Paulo, ut iam demonstrauimus, sed Hi-
 spano videtur & dicitur, contra Apostolum hoc illi affingenti & sen-
 sum verborum corrumpenti. Et quidem quod naturalem legem attinet.
 Verum est, Deum esse eam authoris, impressam ab ipso naturae. Sed vitiosa
 est & corrupta, infuso veneno Diaboli, ut nihil amplius sincerum sit in to-
 to homine. Maxime vero quod ad spiritualia, diuina, & caelestia attinet.
 Quod vero ad secundam Decalogi tabulam attinet, mansit reliquum disci-
 plinae bonorum & turpium, quod ad ciuiles actiones, & moralia. Unde ho-
 sae leges de moribus, disciplina, & omnibus totius vitae ciuilibus actioni-
 bus sunt: quas non improbamus, sed suo loco relinquimus. Sicut nec
 Philosophiam ipsam, si intra metas & terminos suos maneat.

Hinc ergo damnamus, quod Hispanus dicit: Abel, Noe, Iob, & alios *Fol. 262:*
 Martires, ad quos lex scripta non spectabit, rationis iudicio ductos, ea
 sponte sacrificia, ad quae in specie neque naturalis, neque diuina lex ipsos
 vocauit.

Secundum sacrificia non esse à ratione humana excogitata, Gentiles
 & Ethnorum sacre Theologi, docent. Sic enim Ouidius canit. *Ouid. Epistola*
19. Heroid.

Non boue mactato caelestia numina gaudent:
Sed, qua praestanda est & sine teste, fide.

ITEM CATO.

Cum sis ipse nocens, moritur cur victima pro te?
Stultum est alterius morte sperare salutem.

Nec existimandum est, Abel & Cain, qui primi sacrificasse scribitur hoc naturæ instinctu fecisse, sed ex mandato & reuelatione diuina. enim semper verbo promissionis suæ, de venturo Messia: extenuat dit Sacramenta & Sacrificia, quibus in oculos incurrentibus, illud firmaretur. Ita primis parentibus data promissione venturi seminis heredi mulieris, dubium est minime, sacrificia instituisse, quibus mors pro Christi adumbraretur, inq; oculos incurreret. Hinc agnus ille Deo ab origine mundi scribitur. Hinc ergo Patriarchæ quoq; Noah Sacrificia quem Dominus de mundis animantibus septena voluit in arcam mittere, ut à diluuiio offerret sibi. A quo qui & omnes ortæ sunt gentes, habent am Sacrificia Ethnicorum. Sicut postea, instituta politia gentis israelicæ, Deus per Moysen Sacrificia instituit, quæ repeti quotidie voluit. hinc etiam apparet, quod Abel fide plenior scribitur obtulisse holocaustam quam Cain: fides autem est ex auditu, auditus per Verbum Dei. Denique homines Verbo Dei destituuntur, opinio est, non fides, cuius fundamentum est Verbum ac promissio Dei, sine qua certa esse nequit illa.

Apo. 13:

Gen. 7.

Heb. 11.

Rom. 10.

Fol. 263.

Spong. fol.
46. b.

Nam quod Hispanus gloriatur, se me cœgisse confiteri, illius sententia Apostolica: Omne quod non est ex fide, peccatum est; sensum non esse, omne id peccatum esse, quod fides non declarat, secundum suam naturam esse rectum: concessit enim inquit, Heerbrandus, sufficere, si genus ipsum actionis Verbo Dei approbetur: Vanitatem & inanem Theosophi iactantiam satis mirari nequeo: Non enim de cultibus illis disputatio est, sed de politicis actionibus & contractibus. Opposuit enim sententia Apostolica: Si hæc, inquit, esset sententia, ut omnino velis omnia peccata esse, quæ ex fide certum non sit, licita esse & bona: Itaque, iustitiam contra contractuum & actionum humanarum damnat, quæ verò licita sunt.

ne determinari ex verbo Dei nequent. Hec ille. Verba responsi mei
 sunt: Esi decultibus nobis est disputatio, & actionibus spiritualibus siue
 dogmaticis Religionis: Hic verò de politicis contractibus exemplum in=
 fert, dissimile profus: tamen ad hæc quoq; locus Apostoli transfertur, de
 quibus etiam certos nos esse oportet, ex verbo Dei, si non in specie de singu=
 lis (quis enim casus, qui sunt infiniti, singulos sub regula definire & com=
 pendere possit?) certi in genere ex eodem Dei verbo certiores nos (de
 contractibus) fieri oportet. Sicut Apostolus ibidem inquit: Beatus qui se=
 metipsum non iudicat in eo, quod probat, ne quid dubitante fiat conscientia.
 Sic Apostolus concludit vniuersaliter: Omne quod non est ex fide, pec=
 catum est. Iam autem ex fide fieri nequit, quod Verbi Dei autoritate de=
 stituitur. Quia fides ex auditu Verbi. Hec ibi.

Nos video adhuc Nissane, tropheum, quod de me erexeris deuotio,
 sed video in Thrasone esse magnū & solidum ac Sycophantam pessimum:
 qui verba mea, vbi diserit vring, de contractibus tantum ciuilibus loqui=
 mur (quos nec ipsos verbo Dei destitui volo, quo ex fide fiant) iam ad Sacri=
 ficia, & sic cultus, contra expressa mea Verba, malicia planè, Diabolica
 transferit, ut tuos, qui mea, per te tuosq; Sauias, legere non permittuntur,
 in spem victorie erigas, inq; sua impietate & Idolomania confirmes. Itaq; Psal. 5.
 Deus malè te perdet lingua magniloqua, maledica, & mendax.

Itaq; quod hic genuinum loci illius Paulini sensum esse ait, peccatum
 esse omne id, quod conscientia improbante & reclamante suscipitur, facit id
 in opinione haud stultè, ut omnes de ingenio humano confictos cultus Deo
 non probari, & ex fide fieri, homines stolidi arbitrentur. Cum verò in
 veris, ut paulò antè est comprobatum, rationis iudicium cæcum sit & verbo
 damnetur: conscientia de ijs ex verbo Dei informanda, & huic conform=
 fieri, & esse, debet. Cum enim ratio in istis cæca sit, nunquam improba=
 bilis, & cultus Idololatrias, sed, sicut Propheta loquitur, prono ad ea
 ferretur, non secus ac equi hinnientes ad equas. Vnde iterum tua ap=
 Nissane, impietas, & corruptela loci Apostolici, de quo in altero
 captiose tibi respondi, & deprauationem tuam ostendi.

Quod nos obijcimus, Missam cultum esse diuinitus non institutum,
 Idololatriam: vring, falsum esse dicit. Missam enim, à Christo in=
 stitutam, se ex verbis institutionis & Prophetarum oraculis docuisse.

S iij præterea

Spong. Fol. 4.
6. b.

Fol. 263.

Apologia. Ex
plicat. causa=
rum.

Fol. 264. 265.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Apologia Ex-
plicat caus.

Fol. 165.
Fol. 166.
Fol. 268.

Rom. 12.

Præterea tantum abesse, ut cultus voluntarius, hoc est de ingenio hominum
absq; verbo Dei, excogitatus, Idololatria sit, ut Deo apprime placere
constet. Respondeo. Horum verumq; falsum esse, & hæcenus hoc
& in altero contra eundem Hispanum, demonstravi & cuius. Sic
alia, quæ hic repetit, de traditionibus humanis, quibus se frustra colit
Dominus: et quod propter has transgrediantur mandata Dei. Sed quod
dit: Deum in scripturis sanctis RATIONABILE OBSEQUIUM
iudicium in cultu probare, ut addamus, minime vitare. Quia
» tanquam sapiens Paterfamilias, peregrè profectus in caelum, relinquit
» servis suis, ut Marcus ait, CIVISQUE OPERIS POTESTAS
» (maiusculis literis scribens) Apostolis, ac imprimis Petro, eiusq; suc-
» ribus, facultatem dedit, &c. ut in cultu constituerent. Et simpliciter
» Apostolum summum præcepit, ut præpositis nostris in omnibus, quæ
» munere suo iuste dicerent atq; statuerent, obtemperaremus. Hoc in quo
partim est ridiculū, partim impiū, scripturæq; sacræ corruptelâ manifestat.
enī Apostolus rationabile probat obsequiū, nequaquā est sententiā, quæ ex
nis cæcæ, stultæ, & deliræ in sacris, iudicio, de Religione & cultu nos
Velit, eosq; cumulare bono affectu, eò quod ad optima, ut locuti sunt,
præcetur: sed λογικὴ λατρεία, id est, Rationalem cultum Christi-
anorum, quos suaq; offerunt corpora, hostiam Deo vivam, opponit
Iudeorum, qui brutas pecudes sacrificauerunt. Sed hic audire præ-
Erasmum, virum longè doctissimum. Is igitur, in suis super Novum Testa-
mentum annotationibus, hoc loco ita scribit: Rationalem vocat, non
intelligas cultum moderatum, hoc est, moderatam corporis macerationem,
quemadmodum hodie passim citare solet concionatorum vulgus, ut ipsi
dem videtur, eruditè, cæterum ijs, qui græcè nōrunt, admodum ridiculè.
Quamquam his quoq; veniam dandam arbitror, quandoquidem et eorū
dem modum interpretati sunt, ut cæteros sileam, Thomas Aquinas, &
Lyranus. Verū quid faciant, ubi sententiæ vis à Græco pendet idem
te, & interpres eius linguae profusus ignarus est? Obsequium hic posuit
pro sacrificio, idq; suo more. Cæterum ut ostenderet, Christianorum di-
similem Iudæicis ceremonijs, quibus immolabant brutas pecudes, adiecit,
Rationalem, nimirum ipsum hominem sentiens, qui est prima rationalis
& d

de id Deo acceptior. Et in hunc sensum palam citat D. Hierony-
 mus &c. Vides igitur Hispano quam turpiter te dederis, dum cum tuo
 ingenio plus sapere velis videri, quod verba Apostoli, rationale obsequium,
 cogitans mentem, detorqueas ad cultus, ratione humana excogitatos,
 habendos, ineptissimè.

Non dissimile est, quod ex Marco citat: Relinquens seruis cuiusq;
 operis potestatem, ut scilicet liceat cuius facere in cultu pro arbitrio. Sed
 quando finis tandem Hispano, corruptelarum Scripturae? An verò non
 potest tandem, etiam impudentissimum te, manifestarum deprauationum?
 Annon, vel Deo, vel Ecclesiae eius, te rationem aliquando redditurum
 cogitabis, miserime? An omnes homines, tuos etiam, esse dementatos &
 excacatos, ut nihil videant, putas? Erasmius, cuius interpretationem
 Leo 10. Pontifex Rom. adprobavit, & confirmavit, ita reddidit locum:
 Sic ut homo, qui peregrè abijt, relicta domo sua, deditq; seruis suis substan-
 tiam suam, AC SVVM CVIQ; VE OPVS, & ianitori manda-
 uit, ut vigilaret. In græco est, ἐλάσῃ τὸ ἐργὸν αὐτοῦ, suum cuiq; op-
 us. Sed quid hæc ad cultus? Insanire ergo te omnes vident, Hispano:
 Fator arma monstrat tibi.

Mar. 25.

Apostolis suis Christus ascensurus in caelum præcepit, ut docerent,
 quatenus præcepit eis, Nec mens illorum fuit, de ferijs & ieiunijs Ecclesiae
 præcipere, ut in historia Ecclesiastica habetur, sed rectam & piam
 tenendi rationem præscribere, non multis onerare eam cæc. monijs, de
 quo Angusti. conqueritur, eam plus quam Iudaicum populum oneribus
 ferocis seruilibus esse grauatam suo tempore. Quod si iam hodie Pa-
 nta videret, quid putas dicturum optimum & doctissimum Episcopum?
 Non agnosceremus, quam tu Pontificibus tuis tribuis potestatem, &
 quod sanctos officio Pontifices Rom. in Missa vestra Pandora exor-
 tatur, quod omnium est pessimum, quod tamen suo more prædicat Hi-
 spano, quod Cœnam Domini in Sacrificatiouem mutauerint, cum de hac
 verbum nullum, dicimus.

Fol. 262.

Ecce noua Scriptura corruptela. probare conatur, hanc Pontifi-
 ciam. datam potestatem, caeremonias cumulandi & ordinandi,
 super

Psal. 49.

Super Missæ Sacrificium, teste Dauide, canente: Congregate illi sancti eius, qui o dinant testamentum eius super Sacrificia. Mirè perperam fuisse Dauidem hinc apparet, quod non solum prauiderit Testamentum Christi in Sacrificium mutandum, sed etiam Pontifices, adductos & ordinaturos varias ceremonias. Sed qui per Spiritum sanctum Venturum Mesiam, sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, sibi panis & Vini, quemadmodum ille scilicet, se in Cœna, suumq; corpus sanguinem oblaturum: qui non simul vidisset, & iussisset etiam, Rom. Pontifices ordinare Testamentum super Sacrificia, hoc est, Hispanus, addere, ad Missæ suæ augendam pompam, & Magnæ ceremonias? Sed mittamus Phariseos, cum Maiorum suorum traditionibus, quibus non solum non illustrarunt & ornarunt, sed obscurauerunt formauerunt Testamentum Christi, mutant in Sacrificium verè propitiatorium: cum Psalms sit sensus & Verba: Congregate mihi sancti curantes fœdus meum, magis quàm Sacrificia; hoc est, adsint Apostoli & alij sincere Eccl. siæ ministri, qui pharisæi faciunt Euangelium mutatum enim est pactum, & fœdus seu Testamentum Christi nouum, constitutum peccatorum remissione, Jerem. 31. Iquàm ceremonias Sacrificia? Quo ipso, Hispane, non Leuitica tantum, sed etiam vestra Pontificia & Sacrificia, & sic Sacrificationem Missaticam. Et quis tandem, Hic Augie illud tuum stabulum, non tantum humanarum traditionum & sacrificiorum Missaticorum stercorebus refertum, sed etiam corruptum & turæ S.S. repletum, expurgaret? cum omnia depraues, corrupta & veritas nequissime, nihilq; sanum afferas, sed etiam Scripturæ optime & sic detorqueas? Vix tres sufficerent Hercules, nedum vnus.

Ecol. 270.

Publicam esse Ecclesiæ actionem affirmamus nos Cœnam Domini contra Missam priuatam vniuersi Sacrificiuculi actionem asserimus, & hoc ipsum pro sibi innata negat Hispanus impudentia, & publicam esse, & censi debere. Quia & nomine Ecclesiæ, & pro omnibus fidelibus sacerdos, qui publicus ad Deum legatus intercedit, celebrat.

1. Cor. 11.

Et quis queso talem actionem instituit? quis solum & vniuersi Sacrificium constituit, vt Cœnam Domini offerat Deo, & pro Ecclesiâ sua comedat. Non Christus, qui iussit suos conuenientes in cœna Ecclesiæ sicut Paulus se ab ipso accepisse perhibet edere & bibere. Non vnus

nam impurum legatum esse, qui Deo protota Ecclesia offerat: Quis
 hoc iussit Diabolus, hostis Dei, Verbi ipsius, Sacramentorum, &
 blasphemus, qui vocat & emittit suos Sacrificuculos ad blasphemandum no-
 men Domini. Idem ipse, & non alius, lingua peregrina musitare iussit,
 ut quis intelligat, & mutum histrionica actione theatriæ representare
 possent, in Missæ celebratione.

Male etiam habet Hiss. quod negamus, ceremonias, nouum sacerdo-
 tium, templa noua, & in eis altaria, ad hoc solum extrui, ut Missæ tantum
 in illis demarauerentur, vestes & thymiamata, aquam lustralem, summa,
 Leviticum sacerdotium, iam olim abrogatum, reparanda, inq; Ecclesiam
 Christi inuicenda, & sic soli clarissimo umbras nouas inducendas. Ac re-
 spondet nobis ignotas ultimas rerum differentias. Quod si enim, inquit,
 propter differentiam Sacramentorum externorum & illorum, que lex ve-
 teris habebat, Sacramentis externis in noua lege locus est: Cur eadem non
 possit etiam externum Sacrificium à veteribus Sacrificijs differens admittere?
 Respondeo: Ingens est discrimen inter Sacramenta & Sacrificia, de
 qua supra Sacramenta Deus in Veteri & Nouo Testamento instituit, ad con-
 firmandam fidem suorum, in promissiones gratiæ per Christum Ecclesie
 factas, ubi utrobique par est ratio hominum & membrorum Ecclesie. Sa-
 crificia vero Veteris Testamenti, typificere passionis & mortis venturi
 Messie, qui ubi aduenit, in corporis sui passione & morte, ea expleuit
 omnia, ideoq; re ipsa abrogauit omnia illa. De cetero noluit ut retrò
 ad temporibus in Veteri lege, ita etiam in Nouo Testamento, Sacrificium
 unum sicut in cruce oblatum, à vobis Sacrificuculis, tanquam Mimis, repeti,
 & instituto Missæ Sacrificio, ceremonijs, habitu, murmure magico,
 & histrionico: sed hoc voluit per PRÆDICANTES, Hispanæ, (quo te-
 tulo nos exagitare, tanquam ignominioso, putas: sed falleris) annuncia-
 re: causa est Hiss. cur in noua, ut loqueris, lege, externum tale non ad-
 mitteret Sacrificium, quia Christus, inquam, noluit nos nouis onerare figu-
 ratis, & significationibus, ut olim populum Israel, qui sub pedagogo
 iuratus esset Ecclesie infantia quasi, talibus indigebat ceremonijs, &
 figuris. Qua de re signis ac Sacrificijs, Hispanæ, Augustinus *August. de do-
 ctrina Christ.* in hæc scripsit verba: Hoc verò tempore, postquam Resur-
 rexit Dominus nostri Iesu Christi manifestissimum iudicium nostræ li-
 bertatis

Fol. 77r.

Disputat contra

Missam. pro-

positi. 54. & 91.

bertatis illuxit, nec eorum quidem signorum, quae iam intelligimus, operatione graui onerati sumus, sed quaedam pauca pro multis, eademque, simplicitate, & intellectu augustissima, & obseruatione castissima, ipse Dominus Apostolica tradidit disciplina: sicut est baptismi Sacramentum & cetero corporis & sanguinis Domini. Quae unusquisque, cum percipit, quo referantur, imbutus agnoscit, ut ea non carnali seruitute, sed potentius libertate veneretur. Haec enim ille. Non dicit, Christum locum sacrificiorum Veteris legis, in noua, Missae instituisse Sacrificium, sed locum omnium, Sacramentum Baptismi & celebrationem corporis & sanguinis Domini.

Ne vero, Hispani, cum mentionem celebrationis eum faceret, Missae celebrationem intelligas, in qua offerenda sint corpus & sanguis Domini, addit: Quae unusquisque, cum percipit: Non dicit, offerri Deo percipit. Et tertio addit, unusquisque, qui percipit, agnoscit imbutus doctrina Verbi Dei, quo referantur, Non, offerantur Deo, sed hoc in suum usum se accipere, ut recordetur passionis Christi, eiusque, in quam semetipsum tradidit, Deo Patri offerens semetipsum, pro peccatis. Haec longe aliud est Sacramenti, Hispani, corporis & sanguinis Christi, eiusque, celebrationis ratio, quam Missa vestra.

Fol. 273^r

Sed vult omnino Hispanus, praeter crucis Christi Sacrificium aliud externum in noua, ut in veteri lege, ut sacerdotium, ita & Sacrificium. Nam Christi illud, quod ad effectum & fructum, etiam in veteri, & legitur in Ecclesia habuisse usum. Et tamen alterius sacerdotij & Sacrificij veteris usum lex vetus habuit. Ergo etiam iam in lege gratiae Concedo vtriusque, Ecclesiam veteris Testamenti cum fructu Sacrificij Christi etiam externa habuisse Sacrificia, quae typi illius fuerint. Et sic mactationes & oblationes pecudum & Sacrificiorum, oculis quasi fieri conationes & demonstrationes futurae passionis Christi, ut de his semper admonerentur: Hinc vero minime sequitur, quod vult Hispanus. Ergo iam quoque, in Nouo Testamento, opus est externo tali Sacrificio, quae passio Christi, iam facta, representetur. Id enim penes Christum est, eiusque institucionem, quomodo & lit. passionem suam Ecclesia declarari. Ad hoc autem instituit, non Missaticos histriones, qui tacito murmure & missaticis, vel gestulationibus ridiculis, & similibus, id representarent: sed per

Verbi sui, qui id in orbe vniuerso predicarent: predicarent, inquam, pane, & Coenam Ecclesie membris administrarent & distribuere, facerent, in eius passionis commemorationem, id est, annuntiarent precationes ipsius mortem, & beneficia per eam parata Ecclesie, ut paulo antea dictum est. Nec est necesse, ut in ista analogia per omnia, partes omnes tractat ad literam respondeant, aliis similitudo non esset, sed res ipsa, & ve-

Et quod ait Hispanus: David & Apostolus Christum vocant sacerdotem in eternum, non respexerunt tantum ad fructum Sacrificij crucis, sed ad sacrificium, quod nunc etiam Christus sacerdos magnus, semper usque ad consummationem seculi per suos ministros offert. Respondeo: Verum est non tantum ad effectum Sacrificij Christi, quem habet perpetuum, respexerunt, sed etiam ad ipsum, & Sacrificium in cruce perfectum: deinde etiam ad perfectionem huius Sacrificij, quod consummatum est, ut repetitione minime sit opus. Sicut hoc nomine imperfectionis arguuntur Leuitici, quod subinde repetita sunt, quia perfectum hominem, nunquam facere poterunt, alias enim inquit utique desissent offerre. Christus vero sempiternum habet sacerdotium, quod successore non indigeat. Et talis est Pontifex, cui non necesse sit quoti die, victimas pro se & populi peccatis offerre: id enim fecit semel, cum semetipsum obtulit.

Sed hoc Spiritus S. quibus eternum Christi sacerdotium et perfectum describitur, videt Hispanus, & ineptum esse ait: si quis exempli causa diceret, Petram, nisi consulatum amplius non gerat, tam diu tamen consulem esse, quousque diu persuerat in ciuitate opus, quod ipso curante sui consulatus anno perfectum est. O prophanum Esautam, Christi ociosum iam in caelo, cumque regis ludentem, fugientem, eo quod quotidie in Missa non crucifigatur. Nam quod non quotidie offertur in Missa & crucifigitur, id perfectio Sacrificij & sacerdotij eius tribuendum. Et consistit eius sacerdotium non in offerendo solum, quod semel fecit, ad exhaurienda totius peccata: sed etiam in intercessione eius perpetua apud Patrem, singularum saluatione. Sicut hoc eodem cap. dicitur. At iste, qui eternum manet, perpetuum habet sacerdotium. Ergone perpetuum offerendum? Nequaquam! sed ut immediate sequitur: Inde & semel perfectio potest eos, qui per ipsum accedunt ad Deum, semper vi-

Fol. 274.

Hebr. 7

Fol. 275.

Hebr. 7.

Iren. lib. 4. cap. 31.

non videt. Quod igitur Irenaeus inquit: Eucharistiae oblationem Ecclesiae
 ab Apostolis accipiens in uniuerso mundo offert Deo, ei qui alimenta no-
 praestat, primitias suorum munerum in Nouo Testamento: impudentis-
 simum est figmentum, imò ut dicam verius & rectius, purum putum est Hi-
 spidi mendacium, quod sub nomine Eucharistici Sacrificij, quo veteres Coe-
 nam Domini vocauerunt, priuatas & angulares Pontificias intelligit Mis-
 sae, quae uerè propitiatorium sint sacrificium, quod Irenaeo in mentem nun-
 quam uenit. Num quid Ecclesia ab Apostolis acceperit, de Coena Domini-
 cae celebratione scripta eorum testantur, quae extant, Matthei, Marci, Lu-
 cae, Pauli, qui quid Corinthijs, adeoq; toti tradiderit Ecclesia, scriptum re-
 liqui, hinc illa petantur. Ideo impossibile est, Apostolos aliquid de Missae Sa-
 crificio, uerè propitiatorio, tradidisse. Catachresticis autem & generaliter,
 ut aliquosq; Patres, sacrificij & oblationis uocabulo utitur, pro sacro cultu,
 uetico uocabulo Veteris Testamenti: quod Christi sacrificium, cuius in Coena
 Domini celebratione memoria agitur, omnibus illis successerit, eorūq; fue-
 rit complementum. Sicut & in Coena Domini in Nouo Testamento comme-
 moratio fit uetici sacrificij Christi, semel in cruce peracti. Sicut Christus ne-
 quamquam sacrificium sic proprie dictum instituit, nec in ea ipse obtulit se Deo
 Patri. Neq; uerò suos oblationē in ea docuit, sed accipere, edere, & bibere
 uult corpus & sanguinē suum, idq; in sui commemorationem, & nō oblatio-
 nem. Porò Irenaei tempore Missam Pontificiam non fuisse uisitatam, quo
 non solum simpliciter omnia peragebantur, sed neq; uerè sacrificium pro-
 prie dictum fuisse credendum, ex eius uerbis constat. Nec enim Eucharistiam,
 oblationem uocat, quod in ea corpus & sanguinem Deo obtulerint, sed, pra-
 e dictas causas, panes in pauperes Eleemosynam distribuendam, & preces
 orationum actiones Deo. De utroq; Irenaeus disertè loquitur: Cum enim
 Iren. lib. 4. cap. 32.
 Non uult Deus holocausta & sacrificia: sed uult EXAUDIRI
 uerbum suum: Ecce auditus bonus super sacrificium: Et: Auditus (uerbi Dei)
 ad p̄ arietum: Et: Verum sacrificium insinuans, quod offerentes pro-
 mittunt Deum, ut ab eo uitam percipiant: addit: Sacrificium Deo cor-
 oblatam. Iren. Audite sermonem Domini. Ex quibus omnibus, inquit,
 patet, quod non sacrificia & holocaustata querebat ab eis Deus,
 sed obdientiam, & iustitiam, propter illorum salutem. Iuxta illud
 Misericordiam, uolo, &c. Et mox subiicit (quem locum & supra Ri-
 spanus

T iij

panis citavit, & hic repetit): Sed & suis discipulis dans consilium, pri-
 mas Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi nec
FRUCTVOSI, NEC INGRATI SINT, cum qui ex-
 tura panis est, accipit, & gratias egit, dicens, hoc est, corpus meum. Et
 eum similiter, qui est creatura, quæ est secundum nos, suum sanguinem
 fessus est: Et Noui Testamenti nouam docuit oblationem, quam Eccle-
 Apostolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo, qui alimenta nobis
 stat, primitias suorum munerum, de quo in 1. 2. Prophetis Malachias: Qu-
 am est magnum nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens. Et
 festis, significans per hæc quoniã prior qui dem populus cessauit offerre,
 omni autem loco sacrificium offertur ei, & hoc purum: Nomen autem
 glorificatur in gentibus. Hic quis non videt, eum immediatè, in verbis pro-
 dentibus, de sacrificijs Veteris Testa-: etiã differuisset: respectu illorum,
 Domini, Noui Testamenti nouam eum vocare oblationem? Et apertè sciamus
 Quod est autem nomen Domini, quod in gentibus glorificatur, quoniam
 est Domini, per quem glorificatur Pater? &c. Quoniã ergo nomen
 prium est Patris, & in Deo Omnipotente, per Iesum Christum, offerri
 clesta, bene ait secundum vtraq;: Et in omni loco incensum offertur
 meo, & sacrificium purum. Incensa autem Ioannes in Apocalypsi, con-
 nes ait esse sanctorum. Et iterum cap. 34: Offerre igitur oportet Deo pri-
 tias eius creaturæ, sicut et Moses ait: Non apparebis vacuus ante conspectum
 Domini Dei tui. Et genus oblationum reprobatũ est. **OBLATIONES ERUNT
 ET ILLIC, OBLATIONES AUTEM ET HIC: SACRIFICIA IN
 POPVLO, SACRIFICIA ET IN ECCLESIA:** species immutata
 tantum. Nihil enim ociosum, nec sine signo, siue argumento, apud eum. Et
 propter hoc illi quidem decimas suorum habebant consecratas. Quoniam
 per ceperunt libertatem, (CHRISTIANI) OMNIA QUÆ SUNT
 IPSORVM AD DOMINICOS DECERNVNT VSVS, HILARI-
 TER ET LIBENTER DANTE S EA, &c. Igitur non
 Sacrificia sanctificant hominem, non enim indiget sacrificio Deus, sed presen-
 tia eius qui offert sanctificat sacrificium, pura existens, & presens
 acceptare Deum. Quoniam igitur cum simplicitate offert Ecclesia: in
 munus eius purum sacrificium apud Deum deputatũ est. Quemadmodum
 Paulus Philippensibus ait: Repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quia a
 vobis

Missæ sunt, odorem suauitatis, hostiam acceptabilem, placentem Deo.
 PORTET ENIM NOS OBLATIONEM DEO FACERE, ET
 IN OMNIBVS GRATOS INVENIRI FABRICATORI DEO, &c.
 primitias earum, quæ sunt creaturarum, offerentes: Et hanc oblationem
 Ecclesia sola puram offert fabricatori, offerens ei, cum gratiarum actione, ex
 creatura eius. Et paulò post: Quomodo autem constabit eis, cum panem, in
 quo gratia acta sunt, corpus esse Domini sui, & calicem sanguinis eius, si non
 ipsum fabricatoris mundi filium dicunt, &c. Quomodo autem rursus dicunt,
 carni in corruptionem devenire, & non percipere vitam, quæ à corpore
 Domini & sanguine alitur? Ergo aut sententiam mutant, aut ABSTINE-
 ANT OFFERENDO, quæ prædicta sunt. Nostra autem consonans est
 sententia Eucharistia, & Eucharistia rursus confirmat sententiam nostram.
 Offerimus enim ei, quæ sunt eius, congruenter communicationem & unita-
 tem prædicantes carnis & spiritus. Quemadmodum enim, qui est à terra pa-
 nis, percipiens Oblationem Dei, iam non communis panis est, sed Eucharis-
 tia, ex duobus rebus constans, terrena & cælesti: Sic & corpora nostra, per-
 cipiente Eucharistiam, iam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis ha-
 bentia. Offerimus autem ei, non quasi indigenti, sed GRATIAS AGEN-
 TES donationi eius, sanctificantes creaturam. Quemadmodum enim Deus
 non indiget eorum, quæ à nobis sunt, sic nos indigemus OFFERRE ALI-
 QUID DEO. Sicut Salomon ait: Qui miseretur pauperis, scenera-
 tur Deo, &c. Et concludit. SIC ET IDEO NOS QUOQUE OFFE-
 RRE VULT MVNVS AD ALTARE FREQVENTER SINE
 INTERMISSIONE. Est ergo altare in cælis. Illuc enim preces nostræ
 oblationes nostræ diriguntur, & ad templum, &c.

Ex quibus multa veniunt observanda. Sed breuiter & paucis. Vide-
 Eucharistiam communicationem fuisse & administrationem Cæne Domini
 iuxta Christi institutionem. 2. Cœnam Domini, consuetudine Veteris
 Testamenti, dici oblationem, eamque offerri, propter gratiarum actionem, Deo
 à singulis, qui offerre dicebantur preces, sicut diserit loquitur:
 Preces enim & illic, oblationes autem & hic: Sacrificia in populo, Sa-
 crificia in Ecclesia. Vnde et Eucharistia dicitur, 3. propter munera, quæ
 offeruntur pauperibus, quæ hic quoque oblationes dicuntur, sicut ex Paulo &
 aliis Auctor hic probat. 4. Nihil minus, quam Missæ Pontificiæ priuatæ,
 cuius

cuius ne minime quidem unico verbulo fit mentio, hinc probari
Minime verò omnium, quod verè sit propitiatorium sacrificium.

Ita ergo, ut concludamus, & repeta mus breuissimè, nos ex parte
Hispane: Pernegamus, ab Apostolis Missam vestram Pontificiam priuam
& angularem traditam Ecclesie, aut in ea temporibus vreni obseruari.

Quòd nihil Missæ huius vestre in Apostolorum Scriptis extet, sed
laciter, corruptis & deprauatis illorum verbis & sententiis, hæc est
re. Quod igitur instat Hispanus querendo: Negabuntene, temporibus
thevi, ante abrogatam Missam V Vittembergæ, anno 1522, Sacrificium
in toto orbe, per omnes Ecclesias, &c. usurpatum fuisse. Quid passim
sit, Deus nouit. Sed esto sanè, rem ita habere: Verum, sicut longi temporis
suetudo contra veritatem locum non habet, (nam quod mille annis per
& erratur, id veritati & iustitie non prescribit): Ita nec multat
rantium, inquit Hieronymus, errori parit patrocinium. Ideoq; maius
imò peius factum est, & non solum non excusandi, verum magis
randi sunt diuturni hi tetri errores, qui latissimè vagati sunt, quos tam
Ecclesia grassaturos Christus & Apostoli eius prædixerunt. Sicut
Saluator: Nisi abbreviarentur dies illi, non salua fiet vlla caro, Et
Pro eo, quod dilectam veritatem non receperunt, mittet illis Deus effusa
rores, ut credant mendacio, & seduantur omnes illi, qui non acquirunt
veritati.

Matth. 24.
2. Thef. 2.

Sed non potest tota errare Ecclesia, quoniam S. S. regitur, & illius
promissiones Christi habet. Respond. Verum est: Ideo vos Pontificios, pro
ter enormes & horrendos istos errores, Ecclesiam Christi esse & sustine
gamus? Ergone nulla, inquis, fuit Ecclesia? Nulli doctores? Pastores
quorum & vocem audire & ductum sequi, & à quibus, tum doctrinam
Sacramentorū administratione, pasci oues Christi possent? Nequaquam verò.
Mansit perpetuò supra petram fundata. Quæ igitur fuit illa? Respondet
apertè, sub Tyrannide Pontificia fuisse veram Dei Ecclesiam, magna ex
parte infantium, deinde & gementium & dolentium super cunctis abomin
nationibus, quæ fiebant in medio eius. Ezech. 9. Sicut olim, ante Christi ad
uentum in carnem, corruptissimo ministerio Ecclesiastico sub Pontificibus
Sacerdotibus, Scribis, & Phariseis, qui non erant membra vere Ecclesie
Dei, sed impij, & sceleratis, ac perditissimi nebulones, nubilominæ sub
inqu

Pol. 278.

nam, Verā Dei Ecclesia fuit & mansit: cum tamen isti nec legis nec E-
 uangelij de Christo doctrinam intelligerent, sed turpissimē omnia corrupe-
 rat sacra, ut nihil sanum, sincerum, aut incorruptum haberent, sed om-
 nia in ministerio suo infecerant. Horum tamen vocabatur Ecclesia ministerio,
 quia relictis recte sentientibus: quales fuere Zacharius, Simcon, An-
 na Propetissa, & ex populo expectantes redemptionem Israel. Euna-
 dem plane statum & conditionem in Ecclesia superiorum temporum &
 superiorum aliquot, Deo irato, fuisse, rebusse dico: quibus Ecclesia vsa
 est ministerio pastorum, qui Sacramenta administrarunt, et textum
 Scripturæ sacræ recitauerunt, consuetas lectiones Euangeliorum se-
 lerunt & Dominicis diebus. Vbi, sicut Hieronymus loquitur, puriores
 habuit aures plebs, quam corda Sacerdotes. Et electi auerunt sibi à ser-
 uicio Pharisæorum. Semperq; sicut in regno Israel, in quo Propheta oc-
 cidebantur, nullumq; erat prorsus sincerum verbi ministerium, Deus
 sibi septem reseruauit millia, qui genua sua non curuauerunt Baal. Et
 postmodum excitauit Deus aliquos, qui Papatui contradixerunt. Sicut Mar-
 cellinus Patris scripsit: Coetum vel Synagoga Papæ, speluncam esse latro-
 num, doctrinam Papæ non esse sequendam, Quia ducit ad aeternum exi-
 tum. Sic M. Mattheus Parisiensis, prolixum scripsit, contra Antichri-
 stum Romanum, librum, qui tamen ab alijs, Schole Parrhiciensi tribuitur.
 In schola Zacharie & Simeones aliqui extiterunt, qui rectius non mo-
 do senserunt, sed etiam docuerunt, & ab Antichristo vestro, tanquam hæ-
 retici damnati & exusti sunt.

*Marcell. Patris
 ninus in Defen-
 sione pacis.*

Quia enim dereliquerunt & abiecerunt Pontifices Rom. legem
 naturæ, ideo Dominus eos vicissim dereliquit, & errare permisit in
 uentionibus suis, cumq; dilectam veritatem respuerint, misit illis De-
 mones errores, ut crederent mendacijs, signis & prodigijs mendaci-
 bus. Nec nouum hoc est, ideoq; non mirandum aded. An non enim
 Dei populus fuit gens Iudæa? Imò multo amplius etiam. Horum enim Rom 9.
 filiorum est, horum gloria, & testamentum, & legislatio, & obse-
 ruitio, & promissa, quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem
 natus est. Et tamen quam turpiter illi errauerunt? Aded, ut illi ipsi Pon-
 tifices, Sacerdotes, Principes, Scribe, & Pharisæi, totumq; Synedrion, pu-
 blicò

dlicè propofuo edicto, Christum, eius doctrinam, omnesq; eius factos
 damnauerint & excommunicarint, et, quod amplius est, sua sententia
 legitime in concilio suo, eum tanquam blasphemum & seditiosum
 iudicauerint. An non hic palpabilis istius Ecclesie Dei error? Au-
 tu, Hispani, hoc illorum probas iudicium & sententiam? Iuste
 Christum ac legitime condemnatum pronuntiabis? Ne scilicet, Ecclesia
 errare posse, concedere cogaris? Erant enim tum isti Ecclesia Dei
 Nec alius poterat tum monstrari coetus. Hi sacra faciebant, hi Sacram
 administrabant, hi praeerant, legitimi in Sacerdotio diuinitus instituti
 cessores, gubernatores & Doctores Ecclesiae: Hi omnes tum erro-
 Nec errabant solum, Deo ita permittente, sed prorsus etiam à Do-
 abiecti, Quod praedictum est antea à Domino: Iudicate matrem &
 indicate: Quia ipsa non est uxor mea, & ego non uir eius. Auferat
 tiones suas à facie mea, & adulteria sua, &c. Et iterum: Quia republi-
 entiam, repellante, ne Sacerdotio fungaris mihi, Et oblita es leges Deo-
 luitas & ego filiorum tuorum. Hunc planè ad modum Pontifices Ro-
 ni, quia, de relicto Dei Verbo, in Ecclesiam errores inuexerunt, &
 pro sua libidine instituerunt, & cum lauerunt à se excogitatos, firmos
 sunt, ut Propheta loquuntur: Ideo Deus eos non errare solum permisit
 sed etiam prorsus abiecti, ne amplius sint uera ipsius Ecclesia, aut
 fices ueri, sed & ipsi Antichristi, & illa eorum Ecclesia falsa, Sacer-
 sponsa & Synagoga.

Ose. 2.

Ose. 4.

Iol. 372.

Falsum igitur est, quod scribit omnium Pontificiorum errorum pater
 nus turpissimus, Hispanus. Non magis errare tota potest uos seculo
 sua, quam alio, quòd eodem Spiritu sancto regatur perpetuo. Sacerdotia
 Ecclesiam esse Pontifices, hosq; errare non posse, ad eosq; alligatum
 ritum sanctum, ut recedere non possit, quòd tum in corona triplata
 teneant: sicut mitre summi Sacerdotis, in Veteri Testamento, alligata
 fuit lamina aurea, in qua incisum erat nomen Dei t. tragrammaton, Ie-
 houa. Sed longè errat. Non enim melior, sed longè deterior est
 tio Roman: Pontificum, quam Aaronicorum, idq; multis modis, de qua
 bus in dicendi locus non est. De his autem clamauit Isaias: Speculatores
 eius C. A. C. I. OMNES, nesciuerunt inuersi, uidentes uera
 ipsi Pastores ignorauerunt intelligentiam. Et iterum: Nisi Dominus
 Zebao

Isa. 56.

Psal. 88.

rebreliquisset nobis semen, sicut Sodomā & Gomorrhā facti fuisset. Sicut & David tristissimam instituit querelam, de deplorato Ecclesie nouissimorum temporum statu, sub Antichristo, qui eam sit destruxerat, ita ut de vniuersa penē actum videatur: Nunquid, inquit, vane conuulisti omnes filios hominum? Quia regi se non patiuntur à spiritu Domini. Sicut de originali mundo Deus conqueritur. Floret enim Ecclesia tuo tempore magis, quàm alio. Et de tenebris nouissimorum temporum, et ex verbis Christi & Apostoli est d. cum. Et quæ sit Ecclesia Dei adducitur.

Probare autem conatur Eucharistie sacrificium semper ab initio Ecclesiam vniuersam, tametsi ceremonie non semper eadem fuerint. Paulus enim ad sacrificium respexisse, quod in Eucharistia celebratione fiat, cum ait: Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, &c. Eho Papicola, satin sanus es? O furiosum hominem: Apostolus præcipiente omnia fieri preces. In missæ celebratione fiunt preces. Ergo Paulus respexit ad Missæ sacrificium. In quo modo? In qua figura, Hispanus, itam est argumentum. Sed ait, Augustinum sensisse, ad illud hunc locum accommodandum. Hic homo passim nisi sacrificia videt, per viam suam insidit. Adhibitas quidem pias preces dubium non est. Sic enim Tertulianus, Justinus, Cyprianus, & alios, præteream, scribit: sacrificium pro salute Imperatoris, sed Deo nostro & ipsius, sed quem admodum pulam.

Fl. 280.

Tertul. ad sca-

recepit Deus, P V R A P R E C E. Sed salua reuerentia, que tanto Doctore debetur, video Apostolum in genere locutum & intelligendum de precibus, & non in specie ad Cœnæ Dominicæ celebrationem adhibitis, ipsomet interprete. Ita enim locum hunc concludit: V O L O E R E V I R O S O R A R E I N O M N I L O C O, leuantes manus, &c. Nihil ergo ad Missæ sacrificium probandum. Quod si incertum esset, Pauli ordinasse, ut in Cœnæ administratione preces recerentur, quod videtur probabile: quid tum postea? Idem Missa Pontificia sacrificium, & tale, quale isti perhibent & celebrant? Et ubi in Missa fiunt ab Ecclesia & circumstantibus preces istæ pro Regibus, & c. præmetio ab initio Canonis, à sacrificio, Regis: sed Missæ spectatores intelligētibz. Ideo merū hoc est ludibrium, & communionis aut, siue Synaxes



Epiph. lib. 3. naxes fieri, ordinate sunt ab Apostolis, quarta, & pro Sabbatho, & Dominica
Tom. 2. Haresi. ca. si credimus Epiphano.

ult. „ Sic mirus praestigiator monstrare & extruere cupit altare apud

Fol. 281. „ lum, in quo Cœna Domini fuerit celebrata, ubi tamen nullam exaltationem

1. Cor. 10. „ b. tur. Sed contra potius, postquam Altaris sacrificiorum Leviticorum

quo vero Deo, Et Ethnicorum, in quo Idolis & Dæmonijs offerrebat

sacrificia, mentionem fecisset, studio cuius Apostolus, ne altare deserviret

quo Cœna Domini celebraretur, sed tantum MENSAM DOMINI

Quasi in Spiritu præviderit venturos hypocritas Missaticos, Sacer-

dotum Hispanum, hominum superstitiosissimum & Idololatriæ sum-

ptitudinis Pontificie rebus impudensissimum, Qui si operisset

ad quod Cœna Domini fuisset celebrata, statim intulisset: Ergo

et ipsa sunt corpus & sanguis Christi, Deoq; immolata, ubi enim

re, ubi sacrificium. Id, inquam, cauere studio voluit, sed prohibere

Hispanum non potuit, qui remota mensa Domini, altare suppeditavit. Sic

Rex impius Achis remoto altari Domini Damascenum substituit sac-

sacrilegè. Hoc autem dicit Apostolus: Non posse Corinthios ducere Do-

minis contrarijs seruire, Domino Christo, & Idolis. Non posse illos parti-

cipere corporis & sanguinis Christi, quod fit, cum in Cœna edunt panem

et bibunt calicem eius, quod dicitur participes fieri mensæ Domini

et socios fieri Dæmoniorum, quod fit, cum Mensæ illorum sunt participes

Fol. 283. „ Vidit præterea & legit Verum altare, quod nos habemus in

Heb. 13. „ stamento, ubi Græcum, inquit, Verbum est, *θυσιαστήριον* quasi sacrificio-

rium ad sacrificium. Quod si sacrificatorium & altare, tunc sicut in

„ sita, igitur & sacrificium, à quo sacrificatorium dicitur.

Primum minor, quare fretus, contra Conciliab. Trid. decrevit

discedere à vulgari translatione, ne anathema fiat. Sed quia quod

pro bestia Romane Missæ sacrilega facere hoc videatur, sicut venia

se impetraturum sperat. D. inde, si frontem haberet Hispanus, miratur

impudentiam hominis, quod hoc loco altare, de materiali, & quidem

Nouo Testamento, interpretatur, cum textus præcedens & sequens

feriè de Christo loquatur: Iesus Christus heri hodie ipse & in secula. Hoc

tatur itaq; ne peregrinis se doctrinis ab eo abluere patiantur, videlicet

seruatione legali. Habemus enim, inquit, altare, quod Lyranus de Christo

erit oblatio interpretatur, de quo edere non habent potestatem qui tunc
 in tabernaculo deseruiunt, hoc est, iudaizantes non consequuntur effectum pas-
 che Christi. Et id figura Apostolum docere ait Lyra, de Sacrificio pro
 peccato. Significatur itaq; per altare cum cibis, Christus propiciator cum
 panis benedictis, quod eius participes non fiant, qui adhuc in tabernaculo ex-
 terius d. seruebant suis Sacrificijs. Sicut tu, Hispanie, & tua societas nunquam
 participas beneficiis Christi, que nobis in ara crucis impetrauit,
 sua passione & morte, quam diu Missas istas vestras sacrilegas & blasphemias
 in vestris aris sacrificatorijs sacrificatis. Hoc tu hic ab Apostolo discas,
 quem pateris. Voluisti patronum execrari vestrae Missae facere, contra
 suam mentem.

Cum infirma, imò nulla, è Scriptura S. præfida comparare poterit
 Hisp. quibus Idoli sui Maysim confirmaret antiquitatem, ad alios leuissimè
 armatae milites confugit: Abaiam, quem fingit Apostolorum discipulum,
 eorum d. scripsisse historiam. Et Matthæum scribere fingitur sacra ad altare
 facientem, fuisse interfecitum ab Hyrtati satellitibus. Respondeo. Ergone
 Missam Pontificiam celebravit? Multa sunt autem aliàs in Abaiæ istius li-
 bris, quæ eam historiam non immeritò suspectam faciunt, & arguunt, postea
 riori tempore d. aliquo incerto compilatam auctore, de quibus iam dissen-
 tiat locus non est. Multa etiam, quæ manifestè cum Matthæi Euangelio pug-
 nant, admittuntur, & idcirco fidem illi derogant. Taceo, quod aliter mortem
 Matthæi describit Nicephorus, qui eum apud Anthropolophagos, clauis in Nicephorus,
 interemisse d. scribit. Quare nihil ex hoc Authore probabit. Et lib. 2. cap. 41.
 ad rem maximè, etiamsi certò constaret, ad altare, ad hoc constructum,
 nam Dominum administrasse? Nam & nos id facimus: Et tamen non
 ipsam Deo, vel offerimus. Sed omnia Hispano, quæcunq; legit & vi-
 detur nisi altaria, Sacrificia, Missæ, oblationes sum, & Sacrificiones.
 Quod de Iacobo, fratre Domini, & Basilio, qui coniunguntur, Missæ
 celebrationem descripsisse & præcepisse, dicitur: ex temporum ra-
 tione, cum non fuerint synchroni, s. d. trecenti inter illos anni in-
 teruenire. Sicut & de D. Marco & D. Petro idem narratur, quorum li-
 terarum literis extant. Sed fabulas esse vel hinc apparet, quod & Pla-
 tus a Sixti. s. D. Petrum ad solius orationis Dominicæ recitationem
 esse scribit: et idem reliquos quoq; scripsisse Apostolos Gregorius Mag-
 nificatur.

Fol. 284.

Fol. 286.

De consecrat.
dist. 2. Can. per
acta.

Pontifices præterea, dicit, similiter illud commemorans tanquam
planam, iam inde ab initio sine ulla controuersia receptam ubiq; & ubi
tam. Similiter plurima enumerat concilia, quibus Patres in illis con-
gati idem fecerunt. Nec dissimiliter hac de re loquuntur alij sancti Pa-
trum quorum testimonia in superioribus citauimus. Respondeo: Pura panem
esse Hispani, Thrasonis Pontificij, mendacia, paucis demonstrabo. De
sa scribit Platina in Vita Sixti. 1. qui Ecclesie Rom. præfuit anno Do-
220. Nuda primò hec omnia erant, & omnia simpliciter tradidit
Petrus enim, ubi consecrauerat, oratione Pater noster usus est. Gregorius
Magnus testatur, idem reliquos sanctos fecisse Apostolos. Sic Anastasius
eius nominis 1. Episcopus Rom. anno Domini 81. omnibus fidelibus
dauit, ut peracta consecratione communicet, qui uerò noluerint, in
suis arere liminibus. Successor eius, Clemens 1. ait: Communionem pro-
conuenit, qui sanctam communionem non percipiunt. Dionysius Areopagita
testatur, Diaconum non panem solum, sed & calicem consecrationem
impertiuisse. Calixtus primus, anno Domini 219, statuit, ut post
consecrationem, omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere
minibus. Sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana ecclesia.

Habes, Hispane, Pontifices Rom. qui docent, quo nodo Cæna Domini
m, ex qua vos prophanatam Missam uestram cudistis, fuerit longissimo
pore celebrata.

Ex quibus apparet, illis temporibus Missam hodiernam Pontificibus
nequaquam fuisse usitatum, ut Hispanus mentitur. Loquor autem non de
ceremonijs tantum, sed de substantia Missæ, quod uidelicet fuerit tantum
Cæne Dominice, ut erat à Christo instituta, celebratio, totius Ecclesie
communio & actio publica, in qua omnibus corpus & sanguis Christi dis-
pensabatur. Et nequaquam Sacrificium propiciatorium, pro peccatis ui-
uorum & mortuorum.

Quod ad concilia, respondeo breuissimè, quia nulla inde citantur testi-
monia, quod fortè illis non fidat, malè sibi conscius, sed suo clamore se satis
satis facturum speret: respondeo autem non meis, sed Hieronymi ueteris
Spiritus sancti doctrina est, que canonicis libris est prodita: contra quam
quid statuunt concilia, nefas duco.

Et Angl.

Et August. Sed nunc nec ego Nicenum, nec tu debes Ariminense, *August. contra*
 preiudicaturus, proferre concilium. Nec ego huius auctoritate, *Maxim. Arri-*
 illius detineris. Scripturarum auctoritatibus non quorumq; proprijs, *an. Episcopum*
 vrisq; communibus testibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum *lib. 3. cap. 14.*
 ratione conferatur. Quod si igitur concilia ista cum Scriptura S. consen-
 sent, tanquam caelestia oracula recipimus. Sin dissentiam, cum Apostolo
 loquor. Etiam si angelus e caelo praedicauerit aliud Euangelium, quam
 quod praedicauimus vobis, Anathema sit.

Idem iudicium est de Patribus, quorum auctoritate, vt cum Augusti-
 no loquor, non tenemur. Quia illorum Scripta, non vt canonicas habemus
 litteras, sed ea ex canonicis consideramus & examinamus, & quod in eis *August. contra*
 diuinae Scripturarum auctoritati congruit, cum laude eorum accipimus, *Cresc. Gram.*
 quod autem non congruit, cum pace eorum respuimus. *lib. 2. cap. 32.*

De Patribus respondimus supra. Hi enim etsi vocabulis vtiuntur,
 Sacrificium, hostia, oblatio, de negotio Cœnae Dominicae (qua certum est,
 illis communicationem & dispensationem corporis & sanguinis fuisse): tamen
 non Missa illis fuit Pontificia hodierna, non solum quod ad ceremonias, sed
 magis primatiis Sacrificuli actio, multò verò minus Sacrificium verè pro-
 natorum. Sed, quod supra demonstratum est, retentis vocabulis cultus
 veteris Testamēti: Noui sic voluerunt appellare cultum præ-
 ceptum externum, qui est in Ecclesia Cœnae Domini.

Quod igitur ex August. affert. Quod vniuersa tenet Ecclesia, nec ee *Fol. 287.*
 illius institutum, sed semper retentum est: non nisi auctoritate Apo-
 traditum, rectissime creditur. Sacrificium autem altaris, inquit
 mus, quando primum in Ecclesia, vel probari vel usurpari coepit, ee
 est impossibile. Ideo rectissime creditur ab Apostolis illud, sic ee
 institutum, traditum Ecclesia fuisse.

Respondeo contra Augustinum, ex ipsomet Augustino, quod
 Cyrillano, dicto loco affert: Ego huius auctoritate non teneor,
 hoc dictum ex anonica Scriptura considero. Et cum Ignatio
 Martyre.

Ignatius Episto-
la ad Phila-
delph.

1. Cor. 11.

Fol. 288.

Martyr e dicente: Illis qui antiquitatem obijciunt, ego dico: QVIA ANTIQVITAS EST IESVS CHRISTVS, quem nullo modo manifestus est intuitus. Et quid, et quomodo Christus Cenam suam fuerit, quidq; Apostoli Ecclesie tradiderint de ea, non opus est disputare cum hec omnia et singula Scripto reliquerint: Vbi certum est, nulli Sacrificij mentionem.

Et que hec est Augustini Regula: Ad Apostolos referre auctores quorum in Ecclesia ignoratur auctoritas. Et quam misera est illorum morum virorum conditio, ut, quod Ne no in Ecclesiam inuexisse videri, ad ipsos referatur auctores? Sed qualis fuerit Cene Domini, sicut Satanas crucem refugere dicitur, ita tu, Hispane, horres, semper Missam tuam sacrilegam obtrudere conaris, quam priscis illis seculis fuisse, est certissimum administratio, qui ritus, que ceremonie, ante est demonstratum. Non ergo, quod male concludis, Sacrificium Missaticum probasti, ut scribis: Etiam si maxime Scripturae sancte tibi ijs careremus (quod verum est) quibus bono numero probuimus (quod falsissimum esse haecenus docuimus) Quid enim secularij habet hic, quod proponant? Respondeo. Hec, que haecenus audiisti, Hispane, nimis Porro, ex loco Apostoli, de mensa Domini, et mensa montis, suam Sacrificium esse, probare conatur. Idem enim per mensam, quod altare, intelligi. Respondeo: Video mihi reuocandum, quod dixi. Hispane, cecum esse, et lippientibus oculis. Video enim iam, Lynceos cum aliis oculis, quibus videt acutissimo suo visu, altare scilicet Sacrificatorium Cene descriptione apud Paulum: quod nusquam, et nullum prorsus, apud hunc. Nequaquam enim, quod sibi Hispanus sumit, vanissime dicitur, est mensa, quod altare Sacrificatorium. Super altare, cum apud Hebraeos, cum apud Ethnicos solum offerebantur victimae et hostiae, siue Sacrificia, in mensis vero nequaquam offerebantur Sacrificia, sed super altare oblatio et sacrificatis, in mensis descebantur vtrobiq;. Impudentissima res, quod dicitur, etia sunt Hispani, quod fingit, idem per mensam, intelligi, quod per altare, cum longe res sint diuersissime. Sed, quod antea dixi sepius, homo nihil nisi altaria Sacrificatoria videt. Sicut Phrenetici, Melancholici, et impite laborantes, res sibi videre imaginantur, vel somniant potius, quod quaquam in rerum sunt natura. Sic, ut ut cum ratione insanat, subijciunt

falsissimam, dicens: Nam si non aliud, quàm participationem men-
 sę impliciter ad bibendum & comedendum paratę, intellexisset, absurdę
 intellexisset participationem mensę, & participationem calicis de men-
 sę. Quasi verò absurdum sit, distinguere inter edere panem, & bi-
 bere calicem Domini? An verò vnum & idem, ac non potius duę eius-
 dem sacre Coenę sunt partes diuersę & distinctę, quod omnes sani intel-
 legunt? An non enim Christus ipse distinxit, seorsim vtrunq; instituendo,
 & ordine vtraq; discipulis dedisse legitur? Sicut & Apostolus ipse ibidem
 distinxit, cum inquit: Calix benedictionis, cui benedicimus, nõne
 participatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nõne par-
 ticipatio est corporis Christi? Sunt quidem hæc duo vnum integrum Sacra-
 mentum, sed non vna tantũ pars, quod vos fingitis & facitis, negando
 Latius partem alteram, cum Christus sub duabus instituerit venerabile hoc
 Sacramentum: quod conciliabulum vestrum Constantiense fuerit, cum sacri-
 legem Sacramenti confirmaret mutilationem. Quod igitur addit: Si aliquid
 ergo ad rem loquitur Apostolus, cum ad dõ accuratę participationem men-
 sę & participationem calicis distinguit, de mensa Domini procul dubio lo-
 quitur, quę sit etiam altare, & quidem altare eiusmodi, in quo Christus non
 quacumq; ratione oblatus fuerit, sicut crux altare hoc modo dici potest: sed
 in quo calix Domini hostia fuerit. Quis non hic iterum aciem oculorum Hi-
 spenicę, & acumen ingenij, quod non est vulgare, miretur? Cur enim dis-
 tinguit participationem mensę, hoc est, cibi & calicis, iam ostensum est. Sed
 in phrenetico, mensa, altare est Sacrificatorium, in quo tamen calix tan-
 tum hostia. Quid igitur facias phrenetico? Helleboro curandum: &
 regendum eius cerebrum relinquamus Medicis.

1. Cor. 10.

Fol. 189.

In nos postea inuohitur, quod negemus in Eucharistię partici-
 patione nos alterius Sacrificij participes fieri, quàm Christi, in ara cru-
 cificę, cum Apostolus de sacrificio, inquit, loquatur & calicis & alta-
 ris, quod sit etiam in mensa, vnde ad refectorem sumatur, id quod
 fuerit, quorum neutrum conueniat sacrificio crucis.

Nos verò negamus, Hispanice, vi scias, Sacrificij altaris & calicis ob-
 mensa, vel altari, Apostolum mentionem facere: sed & hoc ex tuo
 phrenetico, & phrenetico cerebro illi affingere dicimus. Et quidem verum
 est, quod ex mensa Domini (non autem altari sacrificatorio, quod tu
 X tuis nugis

Fol. 190. *Disput. contra Miss. prop. 86.* *ex Ethnicorum Sacrificijs, quae demonijs sunt oblata, argumentum*
mensa, est oblatum. Quamobrem repetimus, quod à nobis dictum
ad Missa vestrae Sacrificium stabilienam, iuxta illud: FLECTE

SI NEQUEO SUPEROS, ACHERONTA MOYSE
 Quia enim illi prius demonijs in altari oblati, postea in suis conuicijs
 Idolothytis vescantur: ideo vos concluditis, ut constet per omnia
 si, prius Eucharistiam immolandam, & Sacrificium super altare
 ferendam. De quibus Paulus ne iota quidem, cum nec Christus
 instituerit, sed Sacramentum fidelibus percipiendum. Quasi vero
 quosq; obiter addam) Christianis, crudelissimarum tum persecutionum
 poribus, vel templis, vel altaria, erigere licuerit. Cum clam, in adu-
 uatis, clandestina habuerint conuenticula, & quidem noctu conuen-
 illis fuerit, ut acta testantur Apostolorum, & sepe in specubus sub-
 neis, & cryptis.

Fol. 292. *Apocal. 6.8.* "Vidit etiam acutius multo Hispanus, videlicet, vel in caelo, vel
 terra Altare: & sub illo animas intersectorum, propter verbum
 Hoc, ait, Augustinum ad altare in Ecclesia, in quo corpus Christi offerretur
 accommodare: Respondeo visio illa fuit, unde non poterit Hisp. nec
 probare Altare. Et cur non potius hic Thomam suum Aquinatem sequi,
 qui inquit: Per altare signatur Christus, in quo & per quem Patres
 debemus, quicquid boni agimus, & per ipsum est acceptabile, quicquid
 est gratum. Sub hoc altari, scilicet sub Christo, sunt anime: non solum in
 statu vite, sed etiam in statu patrie, sicut sub eo, à quo teguntur sub
 umbraculo contra omne malum. Haec tenus ille. Verum quia haec non
 ueniunt Missae, & altari sacrificatorio, ideo dissimulat.

Vide etiam de hoc altari Hierony. comment. super Isa. lib. 15

Fol. 294

Rectè autem contra Pontificios contendimus, quod neque Hispanus
 Missa Sacrificium, nec ab Apostolis esse, nec eorum tempore fuisse
 Quia Gregorius in consecratione tantam orationem Dominicam fuisse
 hibitam testatur. Cum enim Canon fundamentum sit Sacrificij Missae,
 sine illo celebrari possit (tamen neget hoc impudentissime Hispanus,
 sed faciat periculum, vel ipse, vel alius quisquam, & praetermissis
 Canon

... celebrat, si audet) Canis vero ille (Canon dicendum fu- rat) quin-
... annis post Christum denu- sit compilatus, vel a Gelasio, vel
... quodam, ut Innocent. Papa eius nominis 3. scribit: hinc ap-
... toto isto tempore verè Missaicum fuisse celebratum Sacrifici-
... Vnde & Vanitas Hispani refutatur, qua ad Apostolos auctores Missæ
... refert.

Quod verò nostrum inuertere conatur argumentum, quod ex Gregor:
... dicente: Mos fuit Apostolorum ut ad ipsam solum modo
... OBLATIONIS HOSTIAM consecrarem:
... Respondet, Verba ipsa minime
... sed Gregorij & aliorum, qui Coenam Domini, quam A-
... vocarunt hostiam, oblationem, & Sacrificium. Ideo
... proficit Hisp.

Dionysium Areopagitam quod attinet, quem ritus Sacrificij Mis-
... fingit Hispan. in sua Hierarchia: nothum esse hunc, non
... veterum & recentiorum constat. Neq; enim Eu-
... in historia Ecclesiastica, in qua tamen singulorum Scriptorum Eccle-
... libros recenset, Neq; Hieronymus de viris illustribus, Scrip-
... Dionysij meminit, quod de alijs non reticet, qui aliquid Scripto-
... reliquerunt. Et Laurentius Valla atq; Erasmus Roterod.
... reclamant. Sed et ex eiusdè Dionysij libris apparet crimen falsi.
... Alexandrinum, qui vixit post ipsum Dionysium
... 150. Ideo ridiculas, quas describit Missæ gestulationes, non cu-
... .

Fol. 295.

Lib. de diuinis
nominibus.

Fieri inquit Hisp: potuit, ut quoniam ad Sacrificij substantiam cere-
... non pertinent, sine ipsis quidem initio sola oratione Do-
... recitata, sacrificarent Apostoli, postea verò iisdem modum, ritumq;
... quem aut ipsi etiam usurparent, aut alijs cer- te
... . Quomodo deinceps subsequentes Ponti-
... Hæc scilicet fundamenta sunt Sacrificij Missæ firmissima & im-
... Fieri, inquit Hispanus, potuit, quod Apostoli initio sola oratione Do-
... sacrificarent. postea modum ritumq; oratio em prescriberent. Quan-
... nos dicimus fieri nō potuisse, ut has nugas pueriles ac histrionicas
... aliasq; ceremonias prescriberint, cum Apostolus disertè, se
... Corinthios

X ij



Corinthiorum Ecclesie tradidisse, quod à Domino accepit: Et quod tradiderit eis, descripsit. Hec certa nos retineamus, relinquentes istis & phreneticis suam Missæ Sacrificium. Cum enim dilectam Veritatem & doctrinam certam, diuinitus instituta & tradita Cœnæ Domine, perire nolint: digni sunt, qui in sensum tradantur reprobum, & erroneas illusiones Satanas, pro Veritate recipiant, & seducantur, et pereant, qui Veritati acquiescere nolunt. Quasi verò non consiet ex probantibus & Historicis fide dignissimis, quid à singulis Pontificibus, longærum serie sibi mutuò succedentibus, Missæ theatriæ sit additum, & centones isti pessimè consuerentur, quibus Pandora ista ornata pro Deo irato, maxima Ecclesie perniciæ & exitio. Sed hæc non videtur Hispanus. Sicut etiam commodas, Veras, proprias, & ex Scripturæ probatisq; authoribus, significationes & interpretationes vocabulorum sacrificij, hostiæ, & oblationis, recipere non vult, dignus, qui aniles pseudoclementis, quod supra ostendimus, amplectatur, quò damnatus pereat. Sicut & de inuenienti Sacrificij vocabulo è scriptura S. S. dictum est.

Fol. 297.

Fol. 298. 299. Retorquere etiam conatur loca Patrum, quibus, generaliter eadem disputat. contra cabula, oblatio, offerre, & Sacrificium, pro cultu vsurpauisse, quod Missæ num. 96. mus, ut contra ipsorum mentem & voluntatem, Missæ sue in dæ Sacrificij extorqueat. Ut cum August. scribit: Hebræi in victimis peculorum, & August. contra offerebant multis & varijs modis, sicut re tanta dignum erat, Porphyrius Faust. Manich. celebrabant futuræ victimæ, quam Christus obiit. Vnde iam Christus lib. 20. cap. 18. peracti eiusdem Sacrificij memoriam celebrant, sacrosancta oblatione & participatione corporis & sanguinis Christi. Hic Augustinus, quod veteris legis oblationem vocat, in immediatè sequentibus per Epiphanius explicat, per participationem corporis & sanguinis Christi. Quod vos, Domine Hispani, in Missis vestris non obseruatis, cum tamen Pontifices Rom. quod non ita multò antè docui, seuerissimè in eius celebratione fieri voluisse præceperint, ut omnes communicent, qui intersunt. Quod cum vos in priuatis vestris angularibus Missis nõ obseruatis, nequaquã more Matrum Cœnam Domini celebratis. Sed ab illorũ instituto, maximè etiam Christi, longissimè recedentes, diuersam suam Sacrificuli exercent actionem. Et idem Augustinus: Huius Sacrificij caro & sanguis, ante aduentum Christi

per victimarum similitudinem promittebatur: in passione Christi, ipsam veritatem reddebatur: post ascensum Christi, per Sacramentum memorie celebratur. Hoc testimonium in eadem propositione à me citatum, quia est illustrius, silencio praterit Hispanus, cum Augusti. non per Missæ Sacrificium (quod mallet Hispan.) sed per Sacramentum memorie celebrari ass. rat interpretans Christi verba in Coena: Hoc facite in meam commemorationem. Sic quod Chryso. dicit: Offerimus, sed ad recordationem facientes mortis eius. Et ipsam offerimus nunc, quæ tunc est oblata. Hoc autem quod facimus, in commemorationem quidem fit eius, quod factum est. Et, inquit Hisp. offerre ad recordationem & ad commemorationem, nihil aliud est, quàm recordari & commemorare? Respondeo, planè. Generaliter enim vocabula, offerre, oblatio, hostia, pro sacro cultu diuinitus instituta. Coena videlicet Dominicæ diuinitus instituta celebratione, accipiunt Patres. Et offerrent illi non Deo, sed credentibus corpus & sanguinem Christi, qui iuxta ipsius Christi mandatum accipientes comederunt. Cum Christus non nisi Coenam à se institutam, in qua suis conuiuius corpus suum edendum, & sanguinem bibendum propinat, exhibet, celebrari voluerit, in suam commemorationem: nulliusq; sacrificij (quod passim vagatur Hispanus, miser erro, multo magnoq; querit labore, sed nusquam inuenit, quia in vtopia) mentionem faciat. Frustra enim contendit, vt loquitur, in eadem Coenæ actione sacrificium verum atq; legitimum interuenire.

Fol. 299.

Fol. 300.

Concedere autem, vel inuitus, nihilominus cogitur, preces, & ipsam Coenæ participationem, sacrificium laudis dici, quod in gratiarum actione, cum verba Augustini sint manifesta. Sicut & quod Patres panem & vinum ad altare oblata, sacrificia nominarunt, non propter Missæ sacrificium, quod temerè & frustra nugatur Hispanus, sed scripturæ Veteris & Testamenti phrasi vsitata. Quod etiam ex altero Augustini loco euincitur, quem à nobis corruptum dicit, vbi de captiuis quibusdam foeminae: quod nec possint vel ferre oblationem ad altare Domino, nec inuenire sacerdotem, per quem offerant Deo.

August. Epistola. 22.

Hæc verò crimen falsi nos perpetrasse vociferatur Hispanus: quod, offerimus, offerre oblationem, Augustinus habeat, ferre. Quod si hoc totum Pharisæe, temopere, quod sistinatione error est commissus: certe quæritem attinget, nihil refert. Nam & Canon Concilij Matison. sic habet: De-

Concil. Matisonense. 2. cap. 4.

X iij



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Nota bene. A
mulieribus
quoque altaris
oblationem of-
ferri.
Cypr. serm. de
Elemosyn.*

ber: Decernimus, ut omnibus diebus Dominicis ALTARIS OBLATIONE ab omnibus viris & mulieribus, OFFERATUR, tam panis quam vinum, militer & Cypr. Locuples & dives, Dominicum celebrare te credis, quoniam bonam omnino non respicis, que in Dominicum sine SACRIFICIO, & partem de SACRIFICIO, quod pauper obtulit, sumis. Vbi Cypr. non Missam, sed quod offerebatur à privatis, SACRIFICIUM dicit. Inrelligo autem, cur nolit admittere quod scripsi, foeminas ad oblationem offerre, sed ferre: Metuit enim sue Missæ, nec ex vocabulis oblationem, & quidem ad altare, porro probare posse, Missam sacram esse, &c. Quia eadem usurpentur vocabula, de non solum Laicis, sed & clericis, quod ab illis quoque Altaris oblatio offeratur. Ideoque recte non potest accipi vocabula hæc asserere. Sed in vanum laborat, Vanissimum sunt enim non modo Cyprianus, sed Concilium quoque loquitur, eiusque sententia. Quibus nostra confirmatur sententia, & locorum Patrum interpretatio. Sic etiam manifesta sunt verba Mag. Sententiarum, actionem Sacris in altari sacrificium & oblationem vocari dicentis: Quia, inquit, materia est & representatio veri sacrificij, & sancte immolationis, factæ in cruce. Et semel Christus mortuus in cruce est, ibique immolatus est in seipso. Quotidie autem immolatur in SACRAMENTO, quia in Sacramento cordatio fit illius, quod factum est seculi.

Fol. 301.

Lib. 4. dist. 12.

Fol. 302.

De vocabulo Missæ Hispanus non audeat contendere, à nostris sententia conuictus, cum tamen istius farine hominis, seu feces potius, in prope pro axis & focis, etiam de voce Missæ contenderit, idque veritatem in primis fuisse Ecclesia asserere non sint veriti. Et non solum vocem, sed quoque ipsam per omnia, videlicet eandem Missam, quam ipsi beatissimi, eodem modo ab Apostolis acceptam, Ecclesiam iam ultra annos celebrasse. Que pura pura sunt mendacia Pontificia. Quem admodum cum vocabulum Missæ, ita res quoque ipsa Missæ Pontificæ hodiernæ, prorsus ignota fuit Ecclesie, nisi quod multa ex nobis corradunt mendacia verborum scriptis, que pro genuinis (ut quasdam manifestissimas deprehendimus Pontificiorum imposturas) postea venditant, ut ficum imperitis faciant.

Fol. 302. 303.

Quod igitur dicit: Missæ vocabulo totam actionem significari, quod legitimum contineat sacrificium, Et Hebræum esse Missam, quod ad oblationem significandam accommodari possit. Respond. Sicut de Etymo Missæ nec igitur

his constat Pontificis, sed incerta eius est origo, & dubium voc abna
 nes quoq; ipsa hoc significata vocabulo. Quod enim Hebraum Vult
 Hispanus, & ex Mose sumptum, oblationem significare, contradicunt
 peritissimi, Sanctes Pagninus, & Vatablus, per sufficientiam
 adhaerens, id est, pro facultatibus & opum ratione. Sed recens hoc est Pape
 terum, Missaeq; patronorum, inuentum. Vetusiores enim latinam vocem
 & à mittendo deriuari, asseruerunt, & sic dictam, quod hostia missa
 si, vel caelitus angelus missus, vel hostia ad caelum missa. Durandus ab
 emittendo, quod à Catechumeni emitterentur, fors de Ecclesia dictam putat.

Quid non modò incertius, sed ineptius etiam & stultius, addo & ma
 gis impium, hac Missa Pontificia Etymologia, cuius meritò istos pudere de
 beat, cum originem nesciant praecipui & summi sui cultus.

De Patribus, quantumq; illorum testimonijs tribuendum sit auctori
 tatis, supra, & serè ab initio copiosè est dictum.

Ad Cypriani testimonium, contra Missam Pontificiam à me citatum: *Pol. 304*

in sacrificio, quod Christus est, non nisi Christum sequendum esse: respondet *Cypr. lib. 3.*

Hispanus: Non contra communem Ecclesiae traditionem, quasi non ex ea *Epistola 2.*

Christi sententia disci debeat: sed contra priuatam aliquorum consuetudinem,
 qui calicem sine vino peruersè offerrebant, agit. Respond. Verum est. Sed ex
 hypothesis ista, generalem, siue thesin facit, non nisi Christum in Cena Do
 mini, & (quam sacrificium vocat, sepe dicta de causa) administratione se
 quendum. Nec nos, ut Hispanus mentitur, Eucharistiae sacrificium oppugna
 mus hoc est, Cenam Domini, ut à Christo est instituta, sed vos, & impii Pa
 trum sacrilegum Missae sacrificium, in quod illam conuertistis, ex Sacra
 mento Cena (in quo Deo agende sunt gratiae, pro perceptis ab ipso bene
 dictis, unde Eucharistia dicitur) sacrificium verè propiciatorium, sceleratè,
 & blasphemè, & sacrilegè, facièntes.

DE QUOMODO, IN MISSA

Sacrificium fieri verè Propiciatorium, pro
 peccatis, alijsq; necessitatibus, pro
 baturus sit, audiemus.

Capit

CAPVT V.

Fol. 305.

HACTENVS per folia 304. aliud non egit Hispanus, nisi quare
 bare conatus est, Eucharistiam, hoc est, Cœnam Dominicanam, scilicet
 verum & legitimum esse. Quod si bonam fueret causam, non opor-
 tet tam proluxa & operosa probatione. Sed cum veritatis simplex sit
 verum est, quod isti asserunt, à Christo in Cœna institutum esse sacri-
 verum, vno verbo dicere potuisset: Christus semetipsum Deo patri
 in Cœna sua, antequam daret discipulis, sacrificauit & obtulit. Et hoc
 quoque, ut facerent in posterum, suis Apostolis mandauit. Sic enim cla-
 manifesta eius sonant verba: In ea nocte, qua Iesus Christus est traditus,
 cepit panem, gratias egit, & se sub speciebus panis & vini, suumque
 & sanguinem, obtulit Deo patri cœlesti. Deinde dedit discipulis
 dixit: Accipite & manducate hoc est corpus meum & hoc vos quoties
 quotiescumque celebraueritis: Offerete prius Patri meo cœlesti sacrificium
 re propiciatorium, pro peccatis viuorum & mortuorum. Deinde, comedit
 & si placet alijs etiã circumstantibus dedit, ut hoc ipsi faciant in meam
 memoratiõem. Cum enim non solum cultus sit Ecclesie præcipuus, sed
 iam sacrificium verè propiciatorium, pro peccatis & alijs necessitatibus
 eorum, salus consistat Ecclesie, istorum opinione: necesse est habere in
 tione, verbum, & mandatum Dei perspicuum & illustre, sicut & illius
 Articuli & dogmata Ecclesie. Quæ admodum nos nostræ Cœna conuincit
 etiam pueris & idiotis, rationem reddere possumus, ex verbo Dei, in
 ligant, quæ nulla Sophistica eludi possunt. Cum verò hoc minime docerent
 sit Hisp. quia non habentur in Euangelistis tribus, & Apostolo, qui in
 tionem Cœne Dominice accuratè & maximo consensu descripsit, libere
 alienam pro suis affingere necesse est sententiam, contra voluminose
 ris, contra verba & mentem Apostolorum. Hoc opus, hic labor, hinc ar-
 ges mirifica, hinc arces vulpine, quibus ingerant sacrificium, quod nunquam
 extat in tota sacra Scriptura.

Hebr. 9.

Sicut hæc eadem maximo consensu docet, vnicum verè propiciato-
 rium Christi, in cruce semel peractum, sacrificium, sufficiens precum
 demptionis nostræ. Christus assistens Pontifex futurorum bonorum, & cap-
 proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione

ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Neq; ut sepe semetipsum of-
ferat, quem admodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos, in san-
ctae alieno, alioqui oportebat eum frequenter pati, ab origine mundi.
Iste autem semel in consummatione saeculorum, &c. sine sanguinis effu-
sione non fit remissio. Et iterum: Hic autem unam pro peccatis offerens ho-
stiam, in saeculum sed & in dextra Dei. Vna enim oblatione perfectos
facit in saeculum, eos, qui sanctificantur. Et ubi peccatorum remissio, non
est oblatio pro peccato.

Quod si ergo passione & morte sua Christus semel in sancta ingressus
est, per proprium sanguinem, & hac ratione aeternam redemptionem inue-
nit, si non sepius sese offert? Si unia sui corporis & sanguinis oblatio
nec perfectos facit, in saeculum? Si absq; sanguinis effusione, non fit
peccatorum remissio? Si ubi peccatorum remissio, non est amplius pro pec-
cato oblatio? Quid, quaeso, opus est Missa sacrificio? Argumentum hoc est.
Christum non aeternam inuenisse redemptionem, suo sanguine, nec perfe-
ctos nos fecisse oblatione corporis sui in cruce, nec nos per ipsum eiusq; pas-
sionem, remissionem habere peccatorum, quia diserte inquit: Vbi est peccato-
rum remissio, non est amplius pro peccato oblatio. (Nam per Missam non
fit applicatio quod isti volunt, postea docebimus.) Item, hinc sequere-
tur argumentum in Missa offerri sacrificium, quia iterum diserte dicitur: Sine
sanguinis effusione non fit peccatorum remissio. Sed in Missa nulla fit sangui-
nis effusio. Ergo in Missa nulla peccatorum remissio. Et sic non est veri
propiciatorium sacrificium.

Et hinc recte August. dicit: QUONIAM SINGVLARI, ET SOLO
SACRIFICIO, pro nobis Christi sanguis est effusus: sacrificium Ec-
clesiae laudis est in gratiarum actione. *August. contra
aduers. legis &
Prophet. lib. 1.*

Item quod obijciunt aduersarij, unum esse & idem Christi in cruce
sacrificium, unam & eandem hostiam, unum & idem corpus, *cap. 18.*

in cruce, & in Missa, id eod; eundem esse & habere vtrobiq; effectum:
In Missa non haberi corpus Christi, ideoq; non offerri posse, supra
constitutum. Quia non celebrant Coenam Domini a Christo institutam,
sacrificium esse volunt propiciatorium, non seruatur insti-
tutum, & intentio, Non distribuitur Ecclesiae, non fit annuntiatio mor-
tis. Deinde, si maximè in Missa, quemadmodum in Coena Domini,
id est

X id est



idem sit & habeatur corpus Christi, quod in cruce pependit: non invenitur
sequitur, idem esse utriusque sacrificium. Non enim ubique Christus
corpus & sanguis, ibi mox est sacrificium, & oblatio corporis eius
guinis. Non enim in domo Simonis leprosi, neque in domo Marthae
cum Lazaro & alijs mense affedit, sicut neque in postrema Cena, sicut
uit, aut obtulit se hostiam pro peccatis, sed id tunc semel, quod ostendit
cruce factum est. Et quod idem est corpus Christi in Cena, quod in
alia de causa ibi est, nempe ut edatur & bibatur, ad mortis eius
rationem, alia de causa in cruce pependit, nempe, ut se offerret, &
victima ad exhaurienda peccata multorum.

Et ingens est inter Missae in altari, & crucis sacrificium
Nec enim eadem est persona. Hic enim Christus, illic sacrificulus nesciens
Dei mandato & voluntate Dei obtulit se: hic absque verbo Dei, &
ipsius voluntatem, atque institutionem. Numero differant. Christus se
obtulit, eterna redemptione inuenta: Isti quotidie innumeris locis
ipsam est argumentum, Missae non esse propiciatorium sacrificii
quemadmodum Apostolus argumentatur contra Levitica sacrificia:
ne, inquit, desissent offerre, si nullam iam habuissent conscientiam
peccatorum, qui sacrificassent, & semel purgati essent. Modus etiam
suis est. Crucis enim sacrificium eruentum fuit: sed Missae incrementum
cunt. Hoc ipso ergo, non est propiciatorium. Quia sine sanguinis effu-
sione peccatorum remissio non fit. Porro, non ideo incrementum Patres
sacrificium vocant Cenam Domini, quod in hac corpus Christi offerretur
Deo, sacrificium verè propiciatorium: sed quod in eius celebratione
memoratio, hoc est, annuntiatio & praedictio fiat passionis Christi,
meritorum, quae morte sua nobis peperit, quod videlicet, nostrae
verit peccata. Hoc incrementum est sacrificium laudis scilicet, & gratiarum
actionis, quod fit in usu Cenae Domini. Et opponitur Veteris Testam
sacrificiis, quae cruenta erant, mactatis & oblatiis pecudibus. Unde
male dixerunt: Christus semel immolatur in crucis ara: sed hic (in Cena)
mortalis eius mors amara. Cuius rei illustre extat apud Cyrillum
testimonium: Annuntiamus enim eam, quae secundum carnem est, mortem
Christi Dei, hoc est, Iesu Christi, & ex mortuis resurrectionem, in
caelestis glorificationem confitemur, INCREMENTUM in Ecclesijs
sacrificium cultum

Cyrl. Epistola
contra Nesto-
rium.

sacrificium, θυσία, sed λαβεία, cultum) accedimus ad mysticas bee
tiones, & sanctificamus, EFFICIMVRQ VE PARTICIPES SAN-
CARNIS, ET PRECIOSI SANGVINIS, nostri omnium
Christi. Nullam hic Missæ, oblationis, vel sacrificij, sicut mentio
Cenæ Domini, & in ea participationem corporis & sanguinis
Christi, cultum vocat inuentum. Et supra ex eiusdem lb. 10. contra Iulian.
hanc citauimus, quo opponit nostra mentalia exercitia, Israelitarum cultui,
qui pecudes & volucres offerebant mactatas.

Quod si verò Missa ideo est sacrificium propiciatorium, quia in ea se
edere putant corpus & sanguinem Christi: cur non eadem ratione, Domini-
cæ cenæ, que celebratur à sumentibus, sacrificium est. Verè propicia-
torum. Quia idem verò obiq; corpus & sanguis Christi. Sed obijciunt, in Cœ-
na non offertur Deo, sed tantum sumitur. Rectè. In hunc enim usum Ch-
ristus eam instituit. In Missa verò offeruntur Deo. Sed quis hoc præcepit? His ita
premissis iam audiamus Hispanum, quibus Scripturæ sacræ & Simonij sicut
Missa sacrificium verè propiciatorium probet.

Inno autem de Etymo vocabuli differit, & in genere omnes rectas
affiones, atq; hoc etiam ipsum sacrificium, propiciare aliquaratione Deum
confiteri debere ait. Ad omnia siquidè opera pia generatim pertinere videtur
quod legimus: Dominus bonus, propiciatur cunctis, qui in toto corde
vere vult eam. Vbi non solum fidem in Hispano d fide o, sed crimen falsi, &
depravationem scripturæ sacræ accuso. Nequaquam enim loci sententia est,
quod Deum Israelite sibi propicium reddiderint, suis quibusdam operibus
placantes. Sed contra potius sententia verborum H sive est, quod Deus
magnus, & propicius sit, pronus ad ignoscendum, qui ex gratia
remittit peccata ijs, qui ex animo Deum requirant, etia si secundum le-
gem essent mundi, ne comedere possint Pascha: Sicut inmediate sequen-
te sabole & fraudulenter impostor omisit Hiss declarant, & hanc ef-
fecerunt euincunt. Additur enim: Et non imputabit illis, quod minus
sciti sunt. Sicut in præcedentibus habetur, quod multa tu ba sanctifi-
candi non poterant. Dominus autem indulsit populo, habens pro-
pitiatis, regens & condonans hoc, quicquid erat in mundiciei legalis.

Fol. 306.

2. Paral. 30.

Quod autem & precibus Deus propiciari dicitur, id non precū per se
dignitas

X ij



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dignitati tribuendum est, quasi earum merito Deus reconcilietur, sed in
 ricordie Dei, eiusq; clementie & bonitati adscribendum est, gratis pro
 propter filium peccata remittentis, qui solus & vnus ita placuit patris
 stam iram, ut omnibus in eum credentibus, ac condonationem peccati
 propicius & placatus, velit condonare peccata. Hunc enim Deus pro
 propiciator em, per fidem, in sanguine ipsius. Quia se ipsum sacrificium
 piatorum: in odorem suauitatis Domino, obtulit. Hæc vnica est placati
 reconciliandi Deum ratio. Hoc vnicum sacrificium propiciatorum,
 Missa Pontificia.

Röm. 3.

Fol. 308.

Cont. Missam
 Pont. Pro. 104.
 Chrysof. in Epi
 stolam ad Heb.
 hom. 17.

Pessimè autem habet Hispanum, quod scripsi, à fecibus Pen
 damari id, quod ex Chrysof. scripsi: Offerimus quidem, sed ad recon
 nem facientes mortis eius. Et mox: Hoc autè quod facimus, in COMMEN
 RATIONEM quidem fit eius, quod factum est. Et mendacium dicit esse
 tolerabile. Quia Canon concilij habeat: Si quis dixerit, Missæ sacrifici
 nudam esse commemorationem sacrificij Christi, in cruce peracti, non
 tem propiciatorum, &c. anathema sit. Cum enim Chrysof. solius mem
 tionis & commemorationis meminerit, nequaquam verò addat, propi
 torum esse, vtiq; non mentitus sum ego, quod id damnatum esse à
 Pontificijs dixi, mentitur autem Hispanus, mendacij me sine causa et
 Cum Chrysofomo ex postulet, si placet.

Fol. 307.

Deinde, blasphemat Hispanus, quod sua quadam ratione proprie
 tenuis obsequium est religioni insigne, Deoq; acceptissimum, vult
 uina beneuolentiam conciliare, Deumq; flectere ad beneficentiam,
 vel remittendis peccatis, vel alijs necessitatibus subleuandis, idq; et
 re operato Missa.

Fol. 309.

Sacrificium Missæ ad remissionem peccatorum valere, & propicie
 torum esse, ait, hoc est, tantam esse vim & dignitatem operis Missæ, sicut
 & Sacramentorum, ut ex lege diuina rectè dispositis, per se sint salutaris
 eo ipso, quod legitimi ministri opera conferantur: & ad aliam rerum
 necessitatem, subsidium, ex congruitate quadam valere. Idq; probate con
 tur hac Syllogismi forma, qua supra quoq; usus est: Si quod opus, ad remi
 sionem peccatorum per illud obtinendam, mandato Christi faciendum est, du
 bium non est, quod id opus ex diuina lege & promissione remissionem pec
 catorum obtinere valeat, quia Christus fallere nos non possit. Sacrificium autem
 Missæ

ad obtinendam remissionem peccatorum, ex mandato Christi faciendum est
 tam preceptum illud: Hoc facite: ad omnia precedentia, è quibus vult
 ut: Quod pro vobis tradetur & effundetur in remissionem peccatorum
 referri debeat. Ergo &c.

Respondet Hispanus, habemus diuersa principia. Tu enim nullam in
 verbis institutionis Christi Cœnam vides: sed perpetuo ingeminas, rebo-
 as, & lupus agnum, Missam & Sacrificium instituisse Christum, quod ego
 in verbis illis videre non possum, sed tantum Cœnam Dominicam. Et quod
 tu in præcedentibus præbasse ais, ego nego. Sicut hic quoque Minor præ-
 positio est falsissima, & tot ferè erroribus, quot verbis constat, est referta.
 Christus enim nequaquam Missam instituit, in qua suum corpus & sanguis,
 sed speciebus panis & vini, Deo offerretur à Sacrificio, ut eius operis
 & dignitate, spectatores ieiunij & famelicis eo ipso, quod vident histrio-
 nam ritibus agere tragediam, percipiant remissionem peccatorum. Vel
 etiam absens quiuis, dum modo sacrificij, dormienti similis, memoria repe-
 tit, quod pro illo, vel alijs absentibus, id opus velit applicare, ut & ipsi
 inde consequantur remissionem peccatorum, nec vini solum & superstities,
 sed hac quoque vita sancti, Quod si verò Christus tale instituisset opus, hac
 lege faciendum, addita promissione de remissione peccatorum: Vtiq; hunc
 habet et effectum. Sed hoc tantum, Hispanus, vestra deest Missa, quod tale
 opus Christus non instituit. Nam quod dicit, hoc facite, nihil minus
 quàm ad hæc tantum verba, QVOD PRO VOBIS TRADE-
 TUR, referendum est, ut sit sententia: sacrificate corpus meum: Sed hoc præ-
 ceptum quod Apostolus fide dignior Hispano, & doctior Theologus, in præ-
 cepto: Quotiescunq; comederitis panem hunc, & de peculo biberitis, mor-
 tui Domini annunciate, donec veniat. Iubet panem sumere, quod ipse Do-
 minus fecit. Iubet benedicere, seu gratias agere, hoc enim & ipse fecit. Iu-
 bet panem frangere seu dispensare, nam & hoc fecit. Iubet dicere: Hoc
 corpus meum, quod pro vobis traditur, quia & hoc ipse dixit. Iubet
 comedite inquit. Et hæc omnia iubet facere in sui commemoratione
 hoc est, mortis & passionis sue annunciationem, seu prædicationem
 nam in Ecclesia, quod admonita de morte Christi, sumpto corpore &
 sanguine eius, confirmetur in sua fide de peccatorum remissione, per Chris-
 tum, mortem, sanguinisq; eius profusionem parata. Hoc opus est, Hi-
 spanus.

spare, quod Christus mandauit, non Missæ Pontificiæ Sacrificio se offerre, de quo verbum nullum, syllaba nulla, iota nullum. Hec lex est Cælestis mihi uice. iuber singulos accipere & manducare: non uale unum Sacramentum, inftar cuculi curruæ oua exorbentis, pro alijs edere. Sicut enim quidem potest, q. tam. n. pl. becula stultæ et turbæ nimis credule persuper

Quod uero ad promissionem attinet: Quod pro uobis tractatur pro uobis effundetur in remissionem peccatorum. Verba hæc fidentibus uera in Christum de merito ipsius requirunt. Non enim pro Christus, quod quicumq. Coenam hanc suam (de qua sola loquitur, non quæ uero de Missa) suscipit, eo ipso, ex vi & dignitate Sacramenti remissionem peccatorum consequatur, ex opere scilicet operatio, quæ uero Hispanus: sed qui Christum uera fide apprehenderit, sibi quoque eius propria fide applicauerit: Quod uidelicet Christus sua passione, & sanguinis profusione, in cruce facta, peccata nostra expiuit. Unde pronomen, uobis (quod pro uobis datur, qui pro uobis funditur remissionem peccatorum) diligentiſſimè obseruatur, quod singuli meritæ sionis Christi in usu Cœnæ Dominicæ, sibi applicant. Et ne singuli de eius beneficio dubitarent, fidem eorum confirmat, pignore quasi eius sui corporis & sanguinis dato. Sicut aliàs etiam dicitur: Iustus fide iustus uet. Quemadmodum igitur Sacramenta, sine fide propria non prodeſſent: ita multò minus Cœna Domini ab alio sumpta. Quemadmodum rescenti alio, famelicus non satiatur, nec sitiens, bibente tertio, siti in suis extinguere potest, sed poculum ipse ori admoecat, nec esse est. Nobis igitur probat Hispanus, sed futilia sunt, & aniles nugæ ac fabule, quæ efficiuntur uaniloquus, Hispanus, & iactator, se sui pedibus uerbis profert, non uerarum aut bonarum rerum habentia.

Non dissimile est alterum: plura enim non habet Hispanus, quæ uero Missarium suum sacrificium probare instituit, repetit loco ex Epistola ad Hebr. OMNIS PONTIFEX siue Sacerdos, EX HOMINIBUS ASSUMPTVS, &c. ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Monstrat Epistolæ uangelici, sunt Sacerdotes uerè & propriè dicti, diuinitus constituti ad offerendam Eucharistiã. Ideo Dei uoluntas & ordinatio est, ut offerantur pro peccatis.

Respondeo: Locum hunc non uniuersè, ut Hispanus uale & loquitur, hoc est, de Sacrificiis etiam Missaticis accipiendam, sed tantum de ueris

Col. 3. 9.

Hebr. 5.

Pontifice, seu summo Sacerdote Aaronico, & Christo, cuius ille typus
 Ideo nihil profus ad Missaticos multis doceri potest modis & rationi-
 bus. Primum enim, vocabulum, quo hic vitur Apostolus, non simpliciter
 Pontificem, vel, ut hi addit, & peruertit Hispanus, Sacerdotem quemuis
 significat, sed ἀρχιερεὺς summū Sacerdotem significat. Fuerunt autē multi
 Sacerdotes in Repub. Israel. ita, sed non omnes summi, Verū vnus tantum
 semper, secundum ordinationem Dei, summus sacerdos, qui typus fuit Chri-
 sti, veri, & summi sacerdotis nostri, per illum adumbrati, qui obtulit
 dona & sacrificia pro peccatis. Deinde, particula ἵνα non tam causalis est,
 quam inchoatiua, ut non ad precedentia, sicut Hispanus contendit, sed ad
 sequentia referatur.

Manifestum est praeterea, Apostolum hic Antihesin insituere inter Chri-
 sti summi nostri & Noui Testamenti sacerdotem, atq; Aaronem, eiusq;
 sacerdotum, omnia praeclariora & praestantiora esse ostendens in Christo.
 Ideo huic merito cedere debere Aaronis seu Leuiticum Veteris Testamenti
 sacerdotum, hocq; abrogandū. Idq; ex totius Epistole dispositione & con-
 textu facile diligens deprehendet lector. Haec enim personam Christi de-
 scripsit, quod & rursus Deus sit & homo. Tum etiam de officio eius dicere
 cepit: Ideo, eum audiendum & vera fide amplectendum monuit.
 Nam, incipit copiosius summum eius Pontificatum describere. Quarto,
 hoc in sum Lyra super cap. 5. ad Heb. quoq; animaduertit, dum in hac ver-
 ba, super hunc locum, scripsit: Omnis namq; Pontifex Postquam Apostolus
 ostendit excellentiā Noui Testamenti, respectu Veteris, per hoc, quod Chri-
 sti praesentet Angelis, & etiam Mosi, per quos data est lex Vetus: Hic
 ostendit hoc idem, per hoc, quod sacerdotium Christi PRÆEMINET SA-
 CERDOTIO AARON. Et circa hoc duo facit: Quia primō ostendit, Chri-
 sti esse Pontificē. Secundō ostendit, ipsum esse excellentiorem Pontifice Ve-
 teris Testamenti. Hæc ille ibi. Non ergo in epistolam Apostoli facio ratiocinatio-
 nem in Hispano nugariis, sed tu, qui Apostollū non intelligis, qui cum præ-
 ceptis conuenit, cum coniungenda hæc sunt cum sequentibus, ut est pro-
 batur, ita omnia petulanter peruertis Sycophanta.

Quod ad sui Collegæ disputationem, quam me non intellexisse ait, quod
 non, ut preces petitionem continent expressam sicut sacrificij, adeo ex
 his, Missa scilicet, oblationem, quasi petitionem esse tacitam, quoniam
 Deū con. mouet, aliquid beneficij rependere, pro oblato sibi munere.

Nos

Vol. 218

Nos Verò, Hispani, in Coena Domini à Deo accipimus, corpus & sanguinem Christi, non Deo nos offerimus, dicente Christo: *Accipite. Quid faciamus? Offeramusne Deo? Nequaquam. Sed edite, & De oblatione ne gregi quidem. Aut istis mirabilibus Grammaticis, & Logicis Metaphysicis, edere & bibere, idem est, quod offerre. Ideoque horribilem prophanationem Coenae Dominicae, cum ex ea Dagonem & titiū facitis, non commovebitis Deum, ut beneficij aliquid vobis impendat, sed ut commotus & ira exardescens, poenas & supplicia poenae, sulphur & ignem perpetuum, nisi vestris Nisibus Idololatrias ipsam feceritis sacrilegi, vobis immitat. Hoc premium reportabitur.*

Vbi igitur iam, Thraso, tu, cum tuis Sacrificuculis, & ceteris subinde ingeminans: *Sacerdotes, sacerdotes, Sacrificium offerant pro catis populi, manebis? Et quale hoc tuum sit fundamentum Nisium, videlicet sit Sacrificium propiciatorium, vident omnes, ad vos haec dicitur & testimonia duo pertinere nihil. Hui quàm citò hic transit. Et se destitui probatione solida & vera ex sacrae Scripturae fontibus magis mutus, quàm piscis, aliàs Archita crepitaculo magis sonorosissimo pede pertransit, & ad visitatum suum Asylum, Patres veterum, inquit, iudicium Sectariorum iudicio, sine insigni temeritate & temeritate, postponi nequit, in quibus spem victoriae omnem collocat, & ceteris.*

Fol. 118. et sequē multa passim colligens ex Epistolis Martialis, Alexandri Episcopi *vobis aliquos.* Iustino Martyre, Cyrillo Hierosolymitano, Origene: *Quis etiam Augustino, Primasio, Paschasio, Damasceno. Hic regnat, imò vero scribitur* phat Hispanus. Hoc enim docere, crimina atque peccata his oblati *Sacrificijs corporis & sanguinis Christi deleri offerimus, propiciatorium hostiam ad expiationem scelerum. &c.*

Fol. 119.

Respondeo: Multa habeo, quae verè respondere possum. Quaedam enim merito, propter inepta quaedam alia, quae in eisdem continentur Epistolis & Scriptis, suspecta nobis habentur. Ut, quòd in prima, propter rursus antiquitatem, Martialis collocatur Epistola, in qua etiam in nomine Stephani dedicatam praedicat, (quod astute dissimulat Hispanus) in qua corpus & sanguis Christi in vitam aeternam offeratur. An tu putas, Hispanus, tum temporis istas consecrationis caeremonias altarium fuisse visitatum Scio quidem, in Epistolis, quae Iacobo adscribuntur, multarum caeremoniarum ineptiarum

illarum Leviticarum fieri mentionem, sed nothas esse supra docuimus.
 Verò impietas & Idolatria ista, in nomine Martyrum, templa aut
 ara consecrandi vsu fuerint recepta? Cum longo tempore post à D. Au- *August lib. 17*
 hoc inter Idolatriæ species numeretur: Non ne, inquit, si templum *contra Max.*
 sancto angelo excellentissimo de lignis & lapidibus faceremus, ana- *Arrian. Epi-*
 boretur à veritate Christi, & ab Ecclesia Dei? Quoniam crea- *scop. num. 11.*
 re exhiberemus eam seruare, que vni tantum debetur Deo. SI ERGO
 SACRILEGI essemus faciendo templum creature, &c.

Sic in Alexandriæ Episcopi Rom. & Martyris, qui anno 119. præ- *Alex Epistola*
 fuit Epistola, que secundo loco ponitur, plurima habentur inepta. Scribit *Decretat. 1.*
 enim, sibi omnium Ecclesiarum curam esse commissam: quod ipsum falsitatis
 Notum arguit concilium, in quo inter quatuor Patriarchas Ecclesiarum
 gubernatio diuiditur. Et præfertur omnibus Hierosolymitanus. Romano
 vero Episcopo suburbicariarum commendatur inspectio Ecclesiarum sic &
 in eadem, Aquæ sale consperse non solum consecratio docetur, omnibusq;
 mandatur sacerdotibus: sed etiam maxima illi tribuitur virtus & efficacia,
 quod videlicet cuncti ea aspersi, sanctificentur & purificentur. Quod ste-
 rilis terram auferat humanarum, & coquinatos sanctificet, atq; emun-
 det & ex purget, & cætera bona multiplicet, & insidias Diaboli auertat,
 & à peccatis versutis, homines defendat, ac virtute sacrorum ver-
 borum diuinitus sacrantur Elementa, quibus sanitatem corporis, animæ
 sanare percipit fragilitas. Hæc ibi. Quæ non solum Magia est, summa in
 regnum Christi blasphemia, cuius solius proprium est, quod nos emundet *1. Ioan. 1.*
 omni peccato, vbi mirum non est (vt sit dignum patella operculum) quod *Fol. 319.*
 hæc habet, vt & hic ab Hispano allegatur: crimina atq; peccata, oblati
 Domino Sacrificijs corporis & sanguinis Christi, deleri. Ideoq; hæc
 à Domino redempti sumus, Deo offerenda. Talibus enim hostijs de-
 tur & placabitur Deus: peccataq; dimittet ingentia. Hæc ibi. Taceo
 quod locum Apostoli non solum impertinenter citet fictus iste Alexan-
 der, sed etiam de beneficentia loquitur, non de Eucharistia) sed etiam cor- *Hebr. 13:*
 quod supra docuimus. Sed audire præstat, quomodo nothus iste, Ale-
 xander in sanctæ & summe Apostolicæ sedis apice (vt ibidè gloriatur) se
 præbet, Domino offerendum sacrificium hoc propiciatorium. Ipsa,
 vt ait nos instruit, calicem & panem in Sacramento offerri quan-
 do ait

Z do ait



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

do ait: Accipit Iesus panem, & benedixit, deditq; discipulis suis dicens: Accipite & manducate, hoc est enim corpus meum; quod pro vobis traditur. Similiter postquam coenavit, accipit calicem, deditq; discipulis dicens: Bibite ex eo omnes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis fundetur in remissionem peccatorum. Crimina enim atq; peccata oblati Domino sacrificijs delentur, &c.

Quod si liceret mihi (quem Hispanus vocat sectarium, civis enim, sine insigni temeritate & dementia, Pontificis postponi nequit) Pontifex essem, quicum Pontifice Max. conferrem: quærerem expressam sententiam: Quomodo Christus his verbis, accipite & manducate, bibite calice omnes, docuerit hunc offerre Domino, & milibus hostijs placere peccataq; dimittat ingentia, & dicerem: Esne, sanctissime Pater, aut offerre idem aut manducare idem, quod offerret vel bibere, offerre fundere, offerret? Nihil horum vel puer respondebit. Quid igitur offerre hoc Missæ Pontificiæ? In verbis, hoc facite. Atqui ea hic, ne sunt providentia diuina, prorsus sunt à Pontifice omissa. Et si igitur hic Hilarius triumphet dicens: An potuit clarius affirmare, Sacrificium hoc esse preciatorum, vel apertius idem ex institutione Domini, &c. comprobaret? Respondeo clarè cum affirmare audio: sed ex institutione Domini idem probare minime audio, quod nihil tale in ea habeatur, sed sicut in Alexandrum illi affingere dico, eiq; facere vim & iniuriam, quod committunt, qui habent oculos ad videndum, & non splendore Missæ Pontificiæ sunt excæcati.

Hoc modo examinare reliqua quoq; possem testimonia, sed nimis foret prolixum: sed hoc in genere dico, non posse nec debere quorumcumq; scripturam Scripta & testimonia contra expressam Christi institutionem citari. Manifesta sunt eius verba. Nulla in eis oblatio, Sacrificium nullum. Quod verò Patres ita vocant, commodè sunt interpretanda illorum verba, quod fecimus hæcenus. Sicut haud dubiè commodius senserunt, quam sunt locuti. Quod si redire illos in has terras & vitari possibile esset, & de Pontificiorum Missæ hac impietate, atq; opinione, quam illi affingunt hodie Papæ pisticæ locutales, num ea ipsorum quoq; esset sententia, interrogarentur: haud dubiè optimi quiq; & minus superstitiosi, negaturi essent, sibi sibi q; iniuriam fieri, hæc q; falsò sibi affingi, grauisime conquisituri essent.

Fol. 319.

Quam igitur aduersarij Patrum dicta & sententia, contra clara & per-
 Christum verba, eorumque mentem, urgeant, ad stabiliendum suum
 Iayim & Dagonem, Missam dico Pontificiam impiam, sacrilegam, &
 idolatricam, nec ullam ex Scriptura sacra admittere sanam interpreta-
 tionem, sed Scripturam secundum Patres intelligi velint, nos plane contra-
 riam asserimus, & dicimus quod res est, nos his omnibus longissimo inter-
 uallo preponere Christum, eiusque Testamenti dispositionem, in qua, verba
 omnia clarissima sunt & manifestissima, nec instar oraculorum Delphico-
 rum, aut Phryngis enigmatum, dubia. Ideoque interpretatione longè petita &
 incerta opus esse minime. Patrum autem sententias & dicta secundum
 Scripturam interpretanda, nec attendendum quid illi dicant aut sentiant, sed
 quid, qui ante omnes est, Christus, dixerit & fecerit in sua Coena. Quod
 ipsum quoque Patres volunt. Augustinus non se aliosue audiri vult Pa-
 tres, nec quenquam sua, illorumue teneri aut moueri autoritate: Audi,
 scribit, dicit Dominus, non dicit Donatus, aut Rogatus, aut Vincentius, aut
 Hilarius, aut Ambrosius, aut August. sed dicit Dominus, & quae plura in
 hac sententia supra ex eodem sunt dicta, ad quae breuitatis studio re-
 mitto. Itaque nec nos quenquam nostrum sequi volumus iudicium, sed scri-
 pturam sacram & verba dispositionis Testamenti Christi, in quibus nul-
 la obscuritas aut difficultas, sed & nullum iota, quod Missae Sacrificium so-
 net. Ideoque Missae Sacrificium propiciatorium, quod isti ita vocant, non
 ullam cum Missa Dominica à Christo instituta, sed etiam cum Sacrificio
 Christi semel in cruce peracto pugnare docemus, idque ex Epistola ad Hebr.
 plurimis, quibus asseritur, Christum vnica sua in cruce oblatione
 sua, in sempiternum perfectos fecisse sanctificandos, &c.

Sed hic Hispanus se probaturum ait, vnicam Christi oblationem in
 factam pro peccatis, quaeq; repeti non possit, non pugnare cum Mis-
 sacrificio, in quo Christus quotidie pro peccatis offeratur (quomodo
 probet iam audiemus) Multa enim dicit, quorum summa est: Chri-
 sto Sacrificio nos Deo reconciliasse, remissionemque peccatorum con-
 omibus, quo ad Deum, sed medijs esse vtendum, quibus beneficia
 Christi oblationem in cruce factam, nobis applicentur.

Z ij

Et haec

Fol. 325.

Fol. 331.

Et haecenus quidem utcumque inter nos conuenit. Tandem vero ad Missam
 delabitur & dicit, Apostoli hanc esse sententiam vna tantum oblatione
 in dicam) primaria, Christum in cruce remissionem peccatorum
 parte absolutam obtinuisse. Minimè autem ipsum negare, aut impu-
 noluisse frequentatione oblationis, alterius modi & effiacia, que
 memoratiua videlicet illius primaria in cruce facte, eandemque numeri-
 sian nempe Christum continens, remissionem peccatorum obtineat,
 nusque fructum sacrificij crucis, tanquam medium quoddam & canalis
 homines deducat, istisq; applicet, sicut Sacramenta etiam & alia media
 quodque modo suo, id ipsum faciunt.

Hæc autem sicut & precedentia omnia, quibus mirifice sibi
 Hispanus & superbit, quasi noui aliquid presidij ad Missæ Pontifici-
 crificium stabilendum excogitauerit & attulerit patronus: nihil pro-
 aliud quam vetus sunt cantilena omnium Pontificiorum Scriptorem
 quibus ipse nihil quicquam, vlla vel minutissima Scripturæ sacræ senten-
 tia probat, per Missam Papisticam tanquam medium diuinitus instituta
 (hoc enim est $\kappa\rho\nu\nu\theta\upsilon\sigma\upsilon\nu\theta\upsilon\varsigma$ totius Disputationis nostræ) applicari bonorum
 merita Christi passione parta. Hæc Hispanus, cur hic adeo mutus es,
 maxime seria, vbicardo totius versatur negotij graculo alias loquaris.
 Hic profer Scripturæ testimonia. Hic verba dispositionis Testamenti Chri-
 sti. Quid hæres? quid taces? loquere. Quin tandem? Nemo hæc dicit
 est, alium hic silentium, omnes amici eius deseruerunt eum. Hic iordanus &
 mutus est Hispanus & vi in Euangel. demonium habet mutum. Docendum
 tibi est Hispanus & quidem perspicuis Scripturæ S. S. testimonijs, applicari
 beneficia Christi in Missa alijs, non videntibus Sacramento, famelicis sitietibus
 & sitientes animas aspectu saltem satiari, & sic vnto, quasi passio. Quid
 igitur Hispanus facit? Nihil nisi quod tantum corrumpit Pauli locum, vnto
 oblatione Christus perfectos fecit in æternum sanctificandos, quod videlicet
 de primaria tantum sit intelligendus oblatione. Quasi secundaria sit Missæ
 oblatio, qua scilicet applicentur nobis Christi merita, remissio nempe pec-
 catorum eius passione parta. Et vnde probabis Hispanus, & docetis du-
 plicem ex Euangelio oblationem primariam Christi in cruce factam, qua nos
 bis remissionem peccatorum sit meritis, Deoque nos Patri reconciliauerit, et
 dein de altrâ secundarian oblatione eiusdem hostiæ, Christi scilicet corporis &
 sanguis,

quibus, qua remissio peccatorum singulis pro Sacrificuli arbitrio, siue
 presentibus, siue absentibus, siue uiuis, siue defunctis applicetur. Hanc po-
 tatem, & canalem istum vere aureum, nondum ex Christi institutione
 haberi auiduimus. Quod si Missa tantum canalis est, quo beneficia Christi
 portionem parta, quaq; nos Deo patri reconciliauit applicamur: quomodo
 Missa ipsa, ex opere operato est Sacrificium vere propiciatorium?

Et quidem applicationem esse necessariam ad percipienda Christi be-
 neficia, nequaquam diffitemur. Verum in Missa quam Canalem vocat, cum
 de Hellding suffraganeo & Episcopo Sidoniensi scilicet hoc fieri, per ne-
 gant. Non quod non sit, aut potius fuerit canalis, quo totius orbis Christia-
 ni operes ad se pertraxerint Papiste, quod notum est: sed non merita Christi.
 Ad hoc enim Deus alia instituit media, organa, instrumenta & Canales pu-
 blicis quibus omnibus & singulis merita Christi offerantur & applicentur.
 Publicus est canalis, quo Spiritus sanctus remissionem peccatorum deriuat ad
 nos & applicat nobis atq; offert, ministerium uerbi, seu praedicatione Euan-
 gelij de Christo, quod potentia est Dei ad salutem omni credenti, de quo idem Apo-
 stolus, Deus dedit nobis ministerium reconciliationis. Legatione igitur pro
 Christo fungimur, obsecramus reconciliamini Deo, &c. Ita etiam singulis
 applicantur beneficia & merita Christi, per Sacramentorum administrat-
 ionem. Sed quid haec ad Missam Pontificiam, quae nec Sacramentum est nec
 Caena Domini. Sed istis hominibus sacrificium vere propiciatorium. Vnde
 dicitur hoc: *Vi comemoratiua*, inquit, videlicet illius primariae in cruce sa-
 crificii, eandemq; numero hostiam Christum nempe continens. Re-
 cord. Scimus Hispani, Christum precepisse, ut Caenae administratione mor-
 tuus fiat commemoratio. Sed per commemorationem, non murmur sub-
 iaceat, & musitationem uerborum (hoc facite in mei commemo-
 ratione): quae ita sacrificulus tacite musitat, ut ne quidem a proximis circum-
 stantibus exaudiri nedum peregrina lingua prolata, intelligantur. Vt un-
 de apostolus interpretatus est, publicam annunciationem & praedicationem
 mortis suae, beneficiorumq; quae per ea nobis est consecuta
 illis intellexit. Quod cum non fiat in Missa sicut nec alia, quae
 in sua instituit Caena: Missa non est secundaria, primariae Christi
 commemoratiua oblatio: ut Hispanus nugatur. Deinde, si maxime
 Missa idem Christus contineretur, qui se in cruce obtulit, tamen hinc
 non se-

non sequitur etiam hostiam eandem esse. Non enim ubique; Christus hostia offertur. Sed hoc semel, semel tantum, inquit Apostolus, fuit, in cruce, de quo & supra me memini dicere.

Priuatim vero à singulis beneficia illa, morte Christi parta accipiunt et apprehenduntur vera FIDE in Christum, qua participes illorum fidei credentes. Et haec FIDES unicum est medium & instrumentum, quo priuatim illa tanquam manu quadam apprehendunt. De quo iam dictum est locus.

Atque ita Hispanus tantum dixit, meritorum Christi applicationem necessariam: cui nemo contradixit unquam. Ceterum per Missam hanc applicationem, id hactenus nullo Scripturae S. S. testimonio, vel in speculo pro forma, quod dicitur, probare est conatus. Tantum Apostoli locum unicum Christi oblatione, corripit, ut unicum accipiatur, pro non unicum, & Magnificat, quod dicitur, Hispanus doctus, corrigens, primariam. Hoc scilicet est sapere. Quasi unicum ista Christi oblatio cruce non excludatur Missatice oblatio, qua scilicet spectatoribus, & alijs, illa crucis oblatione parta bona applicentur, eiusque dignitate capitur peccata, tam viuorum, quam mortuorum.

Fol. 332 & sequentibus.

Sicut & ad Scripturam S. cum in hoc, tum alia, ex Epistola ad Hebraeos, de unicum Christi oblatione, semel facta, qua perfectos fecerit in sanctum sanctificandos, hoc tantum respondet (cui plurima faciat verba, idemque sepius repetat, quo aliquid dixisse, & non e linguis, videntur, sed pro si quis ludat lectorem non attentum, dum propiciatorium nusquam potest, potest, neque, & Scriptura S. S. neque, patribus suis): fuisse quidem Christi sacrificium consummatum, ac perfectam reconciliationem, opusque redemptionis absolutum, ideoque etiam non repetendum: sed tamen eo non excludi, nec, quibus, ex parte hominis, remissio peccatorum per Christum parta, imparetur. Quod in thesi non damnamus. Sed in Hypothesi: Num videlicet Missae sacrificium hoc sit medium, quo nobis peccatorum remissio applicetur, & tanquam per canalium, virtus illius unicum sacrificij Christi nobis communicetur, ut loquitur Hispanus. Praecipue autem, quod vere propiciatorium sit sacrificium. (De hoc enim agitur.) Hic status est, haec quaestio, hoc negotium. Hic Hispanus, inquit, non repetimus illud Christi sacrificium, nec Missae eiusdem esse modi & efficaciae cum illo, sed alterius. Cum tamen alij Pontifices eijdem esse asserant, eundemque planè habere effectum. Ioannes Faber

fol. 217. 218. Et Hispanum et supra, Missæ sacrificium ex opere operato
 ad remissionem peccatorum valere, dixit. Ergo eiusdem cum Christi sa-
 crificio efficacia. Imò amplius etiam. De Christi enim sacrificio dixit, quod
 idem reconciliaverit nos Deo, & remissionem peccatorum impetrauerit,
 ex parte Dei: Verum, ex parte hominis opus esse medijs, quibus applicemur
 merito, per Christum parata. Quod si ergo Missæ sacrificium ex opere ope-
 rato est, vi & dignitate operis, ad remissionem peccatorum valet, hæc eq̃
 iusper etiam homini applicatur per Missæ sacrificium: sequitur, longè præ-
 stantius & excellentius esse Missæ sacrificiũ, maiorisq; efficacia, quàm Chri-
 sti in cruce. Et hoc etiam ex alijs eiusdem verbis colligitur, cum dicit: Christi-
 us se Deo patri offerre, & oblationem sine controversia facere in cœlis.
 Hæc quàm pie sic dictum, alijs considerandum relinquo. Iam olim se obtulit,
 semel est mortuus. Sicut ergo non moritur amplius, ita nec offertur quotidie
 apparet quidem etiam vultui Dei, ut intercedat pro nobis, sed non ut se of-
 ferat. Sicut & primariam tantum facit Christi oblationem, quam unicam
 vult apostolus: item, semel factam. Quæ voces corruptelam istam Hispani-
 cam, & alias secundarias non admittunt oblationes. Eo ipso enim quod dicit
 VNICA, semel oblata, consummata, &c. Excludit omnia sacrificia, quæ ex
 opere operato hoc efficiant, aut Deo offerant. Ideoq; non vult repeti.

Non est igitur Missæ Pontificiæ sacrificium verè propiciatorium, ut
 alius recusat: Et hic in titulo huius cap. proposuit, sed nihil hæcenus
 probavit, & tantum iam docere cupit, medium esse, quo beneficia sacrificio
 Christi in cruce parata applicentur. Sed nec hoc ipsum esse, hinc probatur. Quia
 in hoc à Christo Cœna Dominica est instituta, ut pro alijs appliceretur.
 Hoc enim doceri potest minimè: sed singulos vult accedere, atq; accipere,
 edere, & bibere, & in sui commemorationem hoc facere. Hoc Christus.
 Quia Dei sapientia instituit, hoc iussit, His quid apertius? Et ea vis est Sa-
 cramentorum, ut singuli tantum pro se accipiant, nec applicari possunt pro
 alijs: sicut nullus pro alio baptizari potest (tametsi Hispanum prophanum
 videre non ignorem, sed absq; ratione) Ita nemo pro alio Cœnam Do-
 minicam edere potest: sicut etiam nemo pro alio edere potest: Quemadmodum
 animal nullus pro alio bibit, sed sitientes pro se os adiuuere necesse est.
 Ex illis dispositionis Testamenti Christi verbis, Hispanice docet
 inter alia, per sacrificium meritum passionis Christi, alijs, vel presen-
 tibus;

tibus. Vel absentibus, viuis & defunctis, applicari, eosq; Deo recordari hoc suo oblato Missivo sacrificio. Quod facies cum tuo sodalicio, ad legendas Græcas.

Pol. 338. 339.

Na n̄ quod ad Patres denuò & multoties prouocat, indeq; præcedentia quædam testimonia, ex Ambrosio, Theophylacto, Oecu nemo: nullum in Verè propiciatorium esse dicit sacrificium, v. l. per illud aliq; Christi rita applicari, sed tantum ad commemorationem mortis Christi faciunt. Sicut Verba sonant Ambrosij: Quid ergo nos? Nōne per dies offerimus? Offerimus quidem, sed ad recordationem faciemus eius. Item: Hoc autem quod nos facimus, in commemorationem fit factum est. Sicut & Theophylactus: Sed Christi tunc reminiscimur, ut Oecumenius: Ceterum vniuersus eiusdemq; mortis Christi meminimus. Et tunc dixissent: Verè propiciatorium offerimus sacrificium, pro viuis & sanctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus & alijs necessitatibus. Sicut

Trid. Concil.

Sess. 22. Can. 3.

recondationem & commemorationem passionis & mortis Christi sepe dicunt. Ceterum, quod se offerre dicunt, nequaquam Cœnam Domini sacrificium esse intelligunt, vel propiciatorium, vel applicatorium pro eis, sed offerre sacrificium corporis & sanguinis Christi, celebrare signum illis Cœnam Dominicam, in qua commemoratio fit mortis Christi, & tantum diuinus, & dispensatio ac sumptio & corporis & sanguinis eius. Tunc enim, quod superius probatum est, omnes præsentis communicabant. Quod

August. de fide

ad Pet. Diacon.

cap. 18.

August: etiam his explicat verbis: Firmissimè tene, & nullatenus dubites, ipsum vniuersum Deum, Verbum carnis factum, se pro nobis oblatisse, hoc sacrificium & hostiam Deo, in odorem suauitatis: Cui, cum Patre, & Spiritu sancto, à Patriarchis, Prophetis, & Sacerdotibus, tempore Veteris Testamenti, animalia sacrificabantur, & cui nunc, id est, tempore Novi Testamenti, cum Patre, & Spiritu sancto, quibus illi est vna diuinitas, sacrificium panis & vini, in fide & Charitate, sancta Ecclesia Catholica per vniuersum orbem terræ offerre non cessat. In illis enim carnalibus victimis figuratio fuit carnis Christi, quam pro peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus, & sanguinis, quem erat effusus in remissionem peccatorum nostrorum. In isto autem sacrificio gratiarum actio atq; commemoratio est carnis Christi, quam pro nobis obtulit, & sanguinis, quem pro nobis idem

effudit. Et mox: In illis ergo sacrificijs, quid nobis esset donandum, significabatur: In hoc autem sacrificio, quid nobis iam donatum sit, euidenter ostenditur. In illis sacrificijs prænunciabatur filius pro impijs occidendus. In hoc autem pro impijs denunciatur occisus.

Que cum ita habeant, & impietas execratarum Missarum hoc conuenienter exercatur, ac vulgo imperito, harumq; rerum ignaro, Missæ venduntur, & questus, negotiatio, ac nundinationes turpissime in Ecclesia sunt hæc, ubi passim venales habentur Missæ: merito, sicut Christus Zelo magno mensas nummulariorum cuertit, & ementes ac vendentes, è templo suo eiecit, quod in latronum speluncam conuersum conquestus est. Ita pij magistratus & Doctores Missarum Pontificiarum turpissimam negotiationem, quemadmodum & indulgentiarum nundinationes, è templis Christianarum eiciunt, verumq; ac legitimum Coenæ Dominicæ usum Ecclesie, si de illi sua opera, pijsq; studio, restitunt.

Quod igitur dicit: Sed cum iam aduersus istos comprobatum satis atq; definitum sit, sacrificium Missæ propiciatorium esse pro peccatis. Tunc vero, de bonorum omnium impudentissime Hispanæ, probasti hoc? Vbi, quando, quibus testimonijs scripturæ? Nam quod Christus dixit: Hoc facite in meam commemorationem, estne hoc Missam instituire, eamq; asserere sacrificium esse propiciatorium, pro peccatis viuorum & mortuorum? Quis hanc Grammaticam aut Theologiam unquam audivit? Sed fortè in Hispania talia non parent: Vix credi derim. Vnde igitur? Nescio ego ex quo Trophonijant. Et quid hoc ad me magnopere? Quàm igitur prorsus nihil ad Missam, propiciatorium illam esse sacrificium, pro remiss. peccatorum consequenda, vident omnes.

Requiret nunc, inquit, aliquis, quorum ad remissionem peccatorum, & quod illud valeat: quoad poenam ne tantum, an etiam quoad culpam? Et, quod culpa, num etiã pro mortalibus? &c. Quod cū questionè habeat ad remissionem rei vitalem, non est tamè aut Scripturæ sententia, aut Ecclesie de se expeditum. Hic igitur ingenij acumen ostentandū Thrasomi, ut dicatur, est, tantum aut inter suos, quos vocat Catholicos, se hoc disputaturum. Quod hæc ad sectarios nihil. Respondebo tamè ego tibi, Hispanæ. Ad istorum prorsus nihil facere Missæ vestræ sacrificium, sed illius esse Coenæ Dominicæ ac Sacrilegam Prophanationem, de qua quod

(quod solum *verè* affirmas) in Scriptura sacra nihil. Ideo nec abbat, nec Ecclesia definitum, ad quid istorum valeat, cum ad nihil faciat alia, ad conculcandum Christi preciosum sanguinem, quo nos ab omni peccata emundavit, ad quod nihil omnino execratum Missæ sacrificium. Ideo quædam dicimus, siue Thomæ Aquinatis, siue Alberti Magni sententiam: Secundum sa, inquit, institutionis est sacrificium altaris, contra quandam cotidianam delictorum nostrorum rapinam, ut sicut corpus Domini jemel est oblatum cruce, pro debito originali, sic offeratur iugiter, pro nostris cotidianis delictis, in altari. Et habeat in hoc Ecclesia munus ad placandum sibi Deo per omnia legis sacrificia preciosum & acceptum.

1. Ioan. 1.
De Sacramento
Altaris cap. 1.

Fol. 353. 354.

Sacrificium hoc pro alijs quoq; necessitatibus, siue spirituales, siue corporales, ex CONGRUITATE quadam, esse propitiatorum H. NARRAT. Idq; probatur, inquit. Quoniam ad subsidium, in quibus necessitatibus, ex congruitate quadam à Deo impetrandum, dubium non quin proficit.

Ego verò, Hispanæ, expectabam hic S. S. Scripturæ testimonium, in institutionis Cœnæ Dominicæ quibus vel Christus in hunc finem eam institisset, vel Apostolus, qui in cælo tertio fuit, à Domino, quæ Ecclesia tradidit de hoc mysterio, amplius aliquid, cuius Christus antè fuerat oblitus, accepisset. Hic verò bonus vir obmutescit: Nihil habens proorsus, ne syllabam quæ unicam, de eo, qui in uniuersa ipsorum Catholice Ecclesia summus est, cuius prætextu totius orbis Christiani opes rapuerunt & possident, præcipue adhuc urget: Et in quo catholici, maximo consensu, spem salutis æternæ in hac & altera vita, anime, corporis, fortunarumq; omnium spem & fiduciam collocant. Hic, inquam, cum probandus erat ex certissimis & inimitabilis S. S. Scripturæ oraculis, his verò destituatur miser H. quid dicit quam affert probationem? Dubium, inquit, non est, quin postea. Verò maxime dubium est, aut, ut rectius loquar, & tecum, scilicet dicitur, si dubium non est, quin non proficit, ad hæc impetranda. Cum enim fidetur ex verbi Dei auditu, eoq; tanquam fundamento innitatur firmissimo, hæc verò hæc istorum destituantur: quomodo hominum animi certi esse possunt & non dubitare? Imò maxime dubitant, estq; mera opinio & superflua, minimum dicam. Si volbas hoc dubium non esse, Hispanæ, Scripturæ verbi Dei offerende erant: quibus cum careat vestra Missa, super arenam, si est, si non est, que verò hæc congruitas, quæ solet? Nam si maxime (quod isti afferunt, non

contrarium huius docuimus) Missa sacrificium esset Religionis obsec-
 ratione Deo gratissimum: Tam enim sicut non hoc fin: & consilio Baptisanus,
 in hac presenti vita ex malis omnibus erepti, rerum omnium felicitate
 fruamur, rerumq; omnium prosperitate fruamur, sed ut reuersionem pae-
 nitentiam & adoptionem filiorum Dei consequamur: & postea forti animo
 vitam nostram tollamus: caputq; nostrum per aspera & inuia sequamur,
 donec in caelestem perueniamus patriam. Ita etiam non hac de causa ad
 mesam Domini accedimus, ut ex omnibus presentis vite arumnis libe-
 ramur, sed ut de gratia & fauore Dei erga nos cer-
 tior hoc pignore reddamur, in nostris conscientijs, & fortius aduersa quaeq;
 frere queamus. Ideo etiã non ut Pontificij faciant, Missae sacrificiũ pro omni-
 bus necessitatibus, ut felici venatione. p. o. febri tertiana labo atibus, & si-
 millibus offerendum docemus. Quasi Verò Coena Domini ad hoc sit instituta
 & applicanda. Sed ita ex cecati sunt Papiaele, quem admodũ olim impij Ido-
 latrie Iudei, qui putabant Deũ cultũ idololatriã, quod a Reginae caeli liba
 offerrent, omnis generis felicitate, pace, fertilitate, valetudine, prosperoq; re-
 ra successu, remunerari. Postquã Verò idololatriã abiicissent, Deũ Religio-
 nis cultum impij neglectũ varijs punire calamitatibus. Sicut cõtra P. o.
 phetã Domini, qui impietate istã & Idololatriã abrogauerat, cõqueruntur, ut
 ab eis habetur. Ita hypocrite isti Põtificij, congruere Dei bonitati dicunt, ut
 propter illas sacrilegas liberas sit in seruos istos Baaliticos, premijsq;
 reat. Cum dubium sit minime, Deũ orbem Christianũ, cum propter alios cul-
 tidololatrios, quos exercent isti mortuorum inuocatione, adoratione
 statuam, imaginum, & osium: tũ etiam propter abominandam
 Coenae Dominice prophanationẽ, infelicitate in bellis Turcicis, alijsq; pu-
 nire calamitatibus. Non habebit enim Deus impunẽ, qui nomen ipsius
 usurpauerit. Et hoc est, quod Propheta Domini idololatrio popu-
 lo dicit: Nunquid non sacrificium (sicut iã Missam) quod sacrificastis in
 iuda, & in plateis ierusalem, vos & patres vestri, Reges vestri, & Horum simi-
 les vestri, & populus terrae, horum recordatus est Dominus, & ascẽdit propter Mis-
 cor eius, & nõ poterat Dominus ultra portare, propter malitiam suam in regioni-
 bus vestrorũ, & propter abominationes, quas fecistis. Et facta est terra
 desolationem, & in stuporem, & in maledictionem, &c. facta sunt mul-
 tudinibus porro amplius, quib fundamẽtis, et quã firmis, Maxima sunt.
 Hic ego iterũ expectabã selectissima sacrosancta scriptura testi-
 A a ij montia,

monia, præsertim verò ex institutione Cœnæ Dominicæ, à Christo facta, hic iterum altissimum silentium. Hic planè mutus est, aliàs graculo loquente Hispanus. Non vociferatur suo more, nec grunnit, sed silentio præcipit pro thesauro, pro gemmis, auroq; & topazio præstantioribus Sacrae sacræ oraculis, carbones affert, d: nuoq; ad imbellem turbam, & suos milites, Patres veteres, confugit, defatigat bonos senes, inq; protrudit inermes, atq; in proscenium producit, Inquiens: Habemus re perspicua Testimonia Patrum, ex quibus licet colligere consuetudinem, quæ, ut pro cuiusq; generis necessitatibus sacrificiū hoc fieret, obtinuit. Nec his confidere ipse aude, quòd fidelem sibi nauaturi sint opere fortiter in acie staturi, pro suaq; Missa militaturi: sed ex his colligit consuetudinem, quæ obtinuerit, ut pro cuiusq; generis necessitatibus sacrificium hoc fieret, dicit. Quid audio, Hispane, hoc ex te? Consuetudine tantum introductum, ut Missæ offerantur pro omnis generis necessitatibus? Ergo Vestra religio, cultus Missaticus, tantum consuetudine? O vos ergo quaterq; infelices Catholicos, qui nulla alia Religionis & salutis fundamenta, in hoc summo Vestro cultu, quam consuetudinem, habetis.

August. Epistola 56. Id. lib. de duabus animabus contra Manich. ca. 3.
Cypr. Epistola ad Pomp. Id in sentent. Episcoporum

D. Augustinus annosas & decrepitas falsitates, & veterosas appellationes. Et ante hunc Cyprianus: Consuetudo sine Veritate, reclusa est. Item: In Evangelio Dominus, Ego sum, inquit, Veritas: non dico sum consuetudo. Itaq; Veritate manifestata, cedat consuetudo Veritati.

Sed audiamus, quid Patres isti hac de re senserint. Primus est Hierosolymitanus, qui, inquit, ante annos 1200. de re in Ecclesia valde dubitata, hunc in modum scripsit. Postquam confectum est illud Spiritus sacrificium, & cultus ille incruentus, DEVM OBSECRAMVS, pro propiciationis hostia, PRO COMMVNI ECCLESIA RV M pace, pro tranquillitate mundi, pro Regibus, pro militibus, pro socijs, pro ægrotis, pro afflictis. Et in summa pro his omnibus, qui indigent auxilio.

Hec Hispane, noli ad alios nimium properare, sed primæ citationis hoc Cyrilli testimonium. Non repetam autem, cur hostiam, & sacrificiū, & quidē propiciatorū, vocet Cœnā Domini, quòd videlicet memortio sit veri et vnicuique propiciatorij Christi sacrificij, de hoc. n. supra: sed de quo agimus. Offerendū vos doc. tis corpus & sanguinem Christi in Missa, pro opere operato sit sacrificiū Deo propiciabile pro omnib. necessitatibus. Et

mare conaris hoc Cyrilli testimonio. Sed vim & iniuriã te bono seni fa-
 videt oēs qui nō sunt cæci: Deū, inquit, obsecramus in cœnæ celebratio-
 hoc enim intelligit per propiciationis hostiã) Deum in quã dicit, obsecra-
 pro communi Ecclesiarũ pace, pro Regibus, pro socijs, pro ægrotis, &c.
 quod ipse de precibus Ecclesiæ publicis dicit, Hisp. sceleratè & perfidè ad
 sacrificium & oblationem corporis Christi transfers. An verò idem
 sacrificium Pontificijs, est oblatio corporis Christi, & preces Eccle-
 fidi ò insensatum & stupidum, & audicem, truncum, ac bardum hominem. Sic Scapulam.

Tertullianus quoq; Cyrillo hoc longè vetustior: Sacrificamus pro salutè im-
 peratoris, sed Deo nostro & ipsius. Ne verò, Hispane, quia audis, sacri-
 ficiam Deo nostro, tuo more intelligas & interpreteris, de Missæ Sacri-
 ficio addis, sed quem admodum præcepit Deus, PVRA PRECE.
 Idem planè vult Cypr. & Chrysostomus, quos hic allegat, quod Cy-
 rillus & Tertullianus. Chrysostomus Pro terra marisq; & vniuersi orbis
 sacrificamus. Eadem & Augustini prorsus est sententia in hi-
 storia, quam recitat de spectro infestante Hispaniam, vbi sacerdos quidam
 oblati sacrificium corporis Christi, (vitiq; inquit Hispanus, non communi-
 candum alijs Eucharistiam in fundo, sed pro illa necessitate, sed quare, mi-
 sero, non ad communicandum? ORANS quantum potuit, vt cessaret illa
 vexatio. Deoq; protinus miserente cessauit. Hic Hispanus nil nisi Sacrifici-
 um videt. Quod dicitur: ORANS QUANTVM potuit, id non
 videt, nec audire vult, sed ridet. Pij precibus ad Deum in omnibus ne-
 cessitatibus confugiendum, Deumq; nos inuocantes exaudire, & de neces-
 sibus omnibus eripere docet Scriptura S. S. Venite, inquit Saluator, ad me
 vos, qui laboratis, & onerati estis, & ego (non Missæ Sacrificium) refici-
 vos. Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te. & glorificabis me.
 in ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Eundem ha-
 refectum, Sacrificium Missæ Pontificiæ oblatum, ex eadem doceant isti
 te est. Offerre vos sacrificiuculi quantum potestis, non modò duplicate,
 triplicate, sed multiplicare Missas vestras, quantum vultis & potestis
 te: sed non est vox, nec qui respondeat. Rectè scribit August. de pre-
 ce suo: Orans quantum potuit, vt cessaret illa vexatio, & Deo mise-
 protinus cessauit. Quia vos pessimè, contra verba & mentem eius
 sacrificio tribuitis.

Tertull. ad Scapulam.

August. lib. de Ciu. Dei 22. cap. 8.

Matth. 11.

Psal. 91.

Psal. 50.

1. Reg. 18.

Fol. 367.

Alio argumento ridiculo Hiss. probare conatur Missæ Sacrificium omnibus necessitatibus offerendum: Quia nulla sit diæta, vel illa in Scriptura, quæ hoc prohibeat. Insignem Verò probationem, & Anteroficio, & hoc Hispano dignam, hoc est, suilem, deliram, aulicam, & impiam. Et si enim in specie non sit prohibitum (quæ enim Deus in sermo

Gen. 6. 8.

S. omnes cordis & ingenij humani, quod est inscrutabile, & fons inustus omnis impietatis, & Idololatriæ, idiuentiones, quas erant hominibus cogitaturi, recensere ordine singulas & prohibere potuit? Et quæ in

Dent. 4. 12.

Hiade maiora, describenda fuissent) tamen, quod sufficiebat, in prohibuit, ne quid homines de suo excogitarent ingenio, cultibusque adderent. Et Christus ex Esa. docuit, frustra se coli docturim & tractatibus humanis: Omnemque plantationem, quam non plantauit Pater

Matth. 15.

eradicandam, omnem inquit, prorsus omnem, non à Patre plantatam, ceas itaque à Deo Patre plantatam Missam. Et quidem à Deo plantatam ferimus, sed huius seculi Deo, & Patre vestro, qui Pater est mendacis homicida, cuius vos opera vultis facere, crudeles sanguisuga.

Fol. 358.

Falsissimum igitur est, quod nugatur Hispanus, cum dicit: Atque tunc, inquit, in Scriptura præceptum, quo iubeamur id facere? Hec non minus absurda, quam frequens apud eosdem, vox illud pro suo credo etiam prudenti Lectori, significat, contra sententiam & voluntatem Christi, oportere nos seruos esse inuites, qui nihil omnino sponte ad opus quicumque Dei facere volumus, quod non simus aliquo præcepto iusti facti. Respondeo: Hec tua, Hispane, vox illud prorsus mihi quoque, credo etiam prudenti Lectori, significat, quod Christus dicit: Vobis Hypocritæ, & Pharisæi, progenies Viperarum, qui decimatis mentiam, & anetum, & quæ grauiora legis sine relinquitis. Quæro enim ex vobis, feceritis ne præcepta facere possitis omnia, quæcumque vobis sunt à Deo mandata? (Et tamen hoc modo essetis, iuxta hoc Christi, serui inuites, mercenarij) Vobis, in super alia quoque, à vobis sponte, contra mandatum Dei, excogitata, faceretis? De quo ego, cum plura altero contra Hiss. Scripto diximus, modo hinc eadem repetere.

Lucæ. 17.

Ex his autem Hispani frivolis nugis, futilissimis & vanissimis rationibus, in Theologia absurdissimis, apparet, quæ nullo prorsus Scripturæ S. testimonio nitatur præcipuus istorum cultus, qui nervus est regni Pontificis, Missæ scilicet Sacrificium, quod magna verborum pompa, Sacerdotum

prædicitur verè esse propiciatorium, pro peccatis, alijsq; necessitatibus
 ex opere operato, hoc est, vi & dignitate istius operis per se
 quod hæc tenet ipsorummet verbis, summo ipsorum cum decore, au-
 tem. Restat ultimum caput Tractatus Hispani de Missa.

**SACRIFICIUM MISSÆ, QVA RA-
 tione propiciatorium est, non offerenti ministro
 solum, sed alijs etiam fidelibus, viuis &
 defunctis, prodesse.**

CAP. VI.

Ex ignorantia quid intersit, inter Sacrificij & Sacramenti usum, nos re-
 cogitare, & negare Missã alijs prodesse, ait Hisp. Respondeo. Non igno-
 remus discrimen inter hæc, quod aliquoties à nobis disertè est positum. Sed
 Missam, quæ tractatur Cæna Domini, sacrificium esse, quod hoc ipso
 quod offeratur pro alijs, negamus. Et quidem istos ex Cæna Dominiã fac-
 tere sacrificium, quod pro alijs offeratur, non ignoramus, sed malè eos, in d-
 opositione, hæc asservimus, et præcauimus, quod institutioni diuine repugnet.
 Cuius gratia hæc tenet, nec Hispanus iste, nec quisquam alius Pontificius, proba-
 ret scriptura s. & docere potuerit, neq; etiam in æternum posset Missa
 esse cœnes in diuinitum. (quia verum, verum est & manet in perpetuum)
 etiam hoc Christi consilio institutam, vt pro alijs offeratur: id eo frustra &
 vanum sequentia omnia dicuntur. Vsq; enim opponimus & arguimus
 hæc dispositionis Testamenti Christi, quam & Apostoli seruauerunt, sicut
 interpretantur, nullius oblationis in ea mentionem facientis. Quod si
 hoc in Missa se, si umq; corpus & sanguinem, Deo Patri, sub spectibus
 & vini, vt isti loquuntur, voluisset offerri, Paulo Apostolo, qui tum
 interfuit, sed postea à Christi in cælos ascensione, in tertium cælum rap-
 tus, hoc ipsum irradidit, si antè oblitus fuisset, vtiq; reuelasset hoc ipsu
 interpretationem verborum: Hoc facite in mei commemorationem:
 hoc, quoties de pane hoc, non specie panis, ederitis, & biberitis, mor-
 tum annuntiabitis: quibus interpretatur verba Christi: In meam
 commemorationem. Instituit itaq; Christus Cœnam suam, non mortuis, sed vi-
 uentibus sed presentibus, quos vult manducare et bibere, mortuq;
 prædicare. Hoc Sacramentum est, Hispanè, non sacrificium, quod nos
 ei secleratè, per fidè, ac sacrilegè, non solum affingitis: sed in hoc
 præopinione mutatis iuggerente Diabolo. Et

Fol. 359.

Fol. 360.

Et quod hic locum ad Hebr. 5. repetit, quo doceat, Sacrificium Missæ pro aliorum offerre peccatis: iam supra copiose ad-
spondi, (filio Hispani 31 5. respondens) que repetita volo hic, ut
antur.

Fol. 361.

Operæ precium autem est audire, quibus probet rationibus, pro
firmis demonstrationibus, Missæ Sacrificium propiciatorium, non
Sacrificuculo, qui eam sacrificat, et sumit, sed etiam alijs fidelibus, et
defunctis, prodesse. Christus enim, inquit, cum Sacrificium hoc
missæ peccatorum offerri voluit, nullos præscripsit limites, sed ab
remiss. peccatorum ut fieret, mandavit. At non Sacerdos tantum
etiam alijs fideles, tum vivi, tum etiam ij, qui vita sancti, purgatorij
expiantur, remissionis peccatorum capaces fiunt, eaq; indigunt.
his omnibus hoc Sacrificium ad peccatorum remissionem prodest, a
tutione Christi.

Respondeo unico verbo: hæc omnia & singula, pura puta esse
mendacia, que temerè sine ratione & probatione effuti, Christus
suam instituit, ut sit Sacramentum, in quo nos accipimus corpus
sanguinem, ut edamus & bibamus singuli, non ut sit Sacrificium,
Sacrificuculus pro alijs offerat in remissionem peccatorum. Et voluit
alijs nisi sumentibus prodesse, quod de beneficijs, ipsius morte patris,
mentur, & certiores in sua reddantur fide. Non igitur mortuis, sed
uis tantum instituit, quod paulò antè dictum est. His dicit: Edite, bibite,
hoc facite in mei commemorationem. Quorum nihil absentes, spectatores
ciosi, & vita hæc sancti, facere possunt. Perpetuò autem errat & obstat
eadem chorda Hispanus, sicut ineptus Cytharedus, dum ex Sacramentum,
suo errore ac opinione, Idololatricissima, terribilissima; Cæne Domine pro
phanatione, Sacrificium & quidem verè propiciatorium, lupas agnum in
desinenter repetens, suumq; coccysum ingeminans, facere, contra scripta
verba institutionis, mentemq; & sententiam totius sacræ Scripturæ, que tota
ta in unicum Christi sacrificium propiciatorium, in cruce consummatum,
respicit, conatur, cuius sit applicatio publica, & priuatim apprehendatur,
suprà dictis modis.

Fol. 362.

Sicut etiam locum habet minimè, quod ex sacrificijs veteris Testam
menti intentum suum probare cupit: quod illa pro peccatis fuerint oblatæ

Certa Domini, ut multoties dictum est, non est Sacrificium, sed Sacra-
mentum. Præterea, in tota lege Mosiaca, in qua multa & varia Sacrifi-
cium species, diuina ordinatione, & pro omni generis peccatis, insuuta
est, nullum, nullum inquam, Sacrificium, pro mortuis, uorumue peccatis
pretendit, & expiandum illa, reperitur. Et Sacrificia illa non Cœna
pretendit, sed Christi, eiusq; passionis, & oblatiōis, in cruce facte, typi fuerunt.

Sed facile intelligit Hispanus, sibi parum subsidij esse in sacra Scrip-
tura, siue Veteris siue Noui Testamenti, ideoq; obiter statim uerbo, men-
tionem institutionis Eucharistiæ, & deinde Sacrificiorum Veteris Testa-
menti, & mox se aliud proripit, confrensens se ad tam, ut ait, multa &
illa veterum testimonia. Hic uerò seridè regnat & triumphat. Cum
tamen res hec sit maximi momenti, qua de salute animarum perpetua ui-
uorum & mortuorum agitur: non tutum est nobis, neq; consultum, ut extra
Scripturas sacrosanctam humana absq; diuino sequamur iudicia: Cum
omnis homo mendax, Deumq; nemo uiderit unquam, sed filius, qui est in

Fol. 363.

patris, ipse nobis enarrauit. Vbiq; ergo hic de rebus alterius seculi
loquitur. Vbi tæc & Scriptura Prophetica & Apostolica: Quis hominum lo-
queretur, aut etiam homini de istis rebus loquenti, tanquam cæco de colore, si-
cut habebat. Ad legem, inquit Propheta, magis, & ad testimonium. Quod
nemo docerit iuxta uerbum hoc, non erit eis matutina lux. Item Chri-
stus: Mosiæ habent & Prophetas, hos audiant. Et Apostolus: Si nos, aut
Angelus de caelo, aliud prædicauerit Euangelium, anathema sit.

Job. 1.

Isa. 8.

Luc. 16.

Gal. 1.

Et quantum Patrum authoritati & testimonijs sit tribuendum, supra
dicto ex ipsorummet Scriptis expositum est, non plus uidelicet ea mere-
bitur, quam e Scriptura S. Canonica probauerint. Sicut Hieronymi illud
est: Quod de Scripturis authoritatem non habet, eadem facilitate con-
cedatur, qua probatur. Et iterum: Sine Scripturarum authoritate, gar-
gulus non habet fidem. Sed tamē audiamus.

Illius Hierosolymitanus, facimus, inquit, mentionē eorū etiam, qui ante
sermionum. Primum, Patriarcharū, Prophetarū, Apostolorū, Marty-
rum. Deniq; pro omnibus oramus, qui inter nos uita sancti sunt: Maximū
uidentes animarum iuuamen, pro quibus offertur obsecratio sancti il-
luminandi, quod in altari positum est, Sacrificij. Nos enim pro de-
precationes adhibentes, &c. Est igitur meo iure uti possem, in omni-
bus his

Fol. 363.

Fol. 364.

B b bus his



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bus his, quæ plurimâ allegat ex Patribus Hisp. pro sua Missæ Sacrificij
defunctis, neq; illis non teneri, ut Augustinus de Cypriano loquitur
spondere: Et præcipuè de Cyrillo hoc, de quo Rufinus lib. 1. cap. 2. scri-
bit, eum aliquando infide, sepius verò in confessione variasse, & Ma-
donianum eum fuisse: Tamen quid dicat audiamus. Audio, non soliman-
tionem eum fecisse defunctorum, sanctorum: sed etiam dicentem (si gen-
hæc sunt eius, & non verba) se credere maximum hoc esse animarum
men, &c. pro quibus offertur obsecratio Sacrificij. Caterum, cum
sit ex auditu Verbi Dei, necesse est, ut id ex Verbo Dei constet, hoc
ciendum esse, & hunc habere, ex promissione atq; institutione divina
ut hoc modo ante iuuentur defunctorum. Id quod hæcenus neq; ex
tribus Vetus, neq; ex iuuenibus, Papis, audiuimus. Ideo non fides
opinio, imò superstitio, adeoq; prophanatio Cœnæ Dominicæ. Et
non dicit offerri Sacrificium corporis & sanguinis Christi pro defun-
sed obsecrationem Sacrificij, hoc est, preces, quæ fiebant in Cœnæ Domini
celebratione.

Rom. 10.

Chryst. in sua
Lyurgia.

Sed amplius quid dicit Chrysostomus: Offerimus pro Patribus,
triarchis, Prophetis & Apostolis, Præconibus & Euangelistis, Martyr-
Confessoribus, Continentibus, & omni spiritu in fide militato. Quis
hi quoq; in Purgatorio fuerit? Cur hunc locum etiam, Hispanæ, non pro-
xisti, cum tamen alia ex eodem attuleris? Nimirum intellexit fraudulenta
mo, longè aliud Veteres, per oblationem & Sacrificium pro defunctis
tellexisse, quàm posteritas & hodie Sacrificiolorum turba (inter quos
primum sibi vendicat locum Pallentia iste) quæ ad defunctos, instar
rum ad cadaver, aduolare solet. Hic enim questus longè est maximus. Cum
enim Patres se offerre dicunt pro defunctis Sacrificium, viq; non so-
runt pro peccatis illorum so offerre, quos iam cum Christo regnare
Sed de memoria mortuorum, quam in Cœnæ Dominicæ celebratione
ciebant, loquuntur. Sicut expressè Augustinus de sua matre scribit, petisse
eam, ut sui post mortem, ad altare, à servis Domini fieret mentio, quod postea
alijs verbis scribit: Sacrificium precij nostri pro ea oblatum. Quem admo-
dum & Athanasij testimonium, hic allegatum, & Cypriani, accipiendâ, cum
hic scribit: ut, si qui excedens d. seculo, ad suorum honorum tutelam Pre-
byterum nominasset, pro eo non offerretur, neq; pro dormitione eius Sacri-
ficiaria fieret. Quod non nisi de solita defunctorum commemoratione intelli-
ligi peti-

... que in Eucharistia celebratione agebatur, ut Chrysostr. loquitur: ... etiam pro gratiarum actione, quam pro defunctis faciebant, sicut vey ... ex Chrysostr. citata, aliter accipi non possunt.

Sic etiam pro defunctis orauerunt, quos iam beatos esse predicabā. ... Ambrosius orat pro defuncto Theodosio Imp. dicens: Tu so- ... Domine inuocandus es, tu rogandus ut eum filijs representes. Da re- ... PERFECTO tuo seruo Theodosio, requiem, quam preparasti sanctis ... quo paulo ante dixerat: Absolutus dubio certamine, fruuitur nunc ... Hoc modo intelligatur id quoq; quod hic etiam ex eodem ci- ... Hispano: Ego non tam deplorandam, quam orationibus profequen- ... non mortificandam (sororem mortuam) lachrymis, sed magis ... animam eius Deo commendandam.

Fol. 366.

Hic inferere breuiter libuit, ut secundum hanc piam Patrum sen- ... sententiam, que nihil habet incommodi, ea, que ab alijs durius dicta sunt, in- ... Sicut plurima hic collegit Hispanus. Chrysostronus dicit, non ... ab Apostolis sanctita fuerunt, ut in tremendis mysterijs defuncto- ... memoria. Sciunt enim illis inde multum posse contingere. Cum ... totus populus extensis manibus (hæc enim eius sunt verba) constite- ... sacerdotum plenitudo, et tremendum proponatur sacrificium, quomodo ... non exorabimus, pro his deprecantes? Certè minus è dicit, sacrificium ... Christi pro defunctis offerendum, hocq; è poenis purgatorij (quod ... liberari. Sed de precibus totius Ecclesie loquitur.

Fol. 365.

Homil. 69. ad populum.

Fol. 366.

Prodicit Hispanus veteranū militem, Augustinū, qui Lib. de cura promo- ... (quomodo seruatus) scribit: In Maccabeorum libris legitur oblatum pro ... sacrificium, sed etsi nunquam in scripturis veteribus omnino le- ... non parua HAC CONSVETVDINE claret auctoritas, ... precibus sacerdotis, que Domino Deo ad altare eius funduntur, locū ... habet commemoratio mortuorum.

Videamus, Hispanes quibus armis August. pugnet. Primum, locum ... Maccabeorum libris, quos nō esse Canonicos ab Ecclesia veteri habi- ... non potes. Quos etiam ideo hic idem August. nō inutiles quidē ... sed addit: si sobrie legantur, vel audiantur, &c. Deinde, scilicet illi- ... quoddam Maccabei, g. ca. et verbo, mādato, et promiss. Dei, sicut et à ... lege extat pro mortuis sacrificiū. Et ibi nulla sit purgatorij mētio

August. contra 2. Gaudens. Epistolam lib. 2. cap. 23.

Bb ij sed .

sed quod bene & religiosè de resurrectione eorum, qui in bello occiderent, senserit. Et quia considerabat, quòd hi, qui cum pietate dormitauerunt, ceperant, optimam haberent repositam gratiam, &c. Hec Pontifici nolunt, sed tantum duodecim millia drachmarum, quæ ille miseratus sacrificium. Plus enim à mortuis capiunt, quod mirum est, quam à vivis. Quæ est autoritas, qua probat Augusti. commemorationem mortuorum altare, quam dicit non esse parvam? Suntne Prophetarum Veterum, lae? Aut Euangelistarum, vel Apostolorum Domini, Scriptis & inania, Hispanæ? Nihil horum audio, sed CONSVETVDINEM. Modi verò hæc est autoritas, Hispanæ? Hæc non modò nullas, sed abiecta est autoritas, vel eo ipso autore & ipse locupletissimo. SVETVDINEM ENIM, ut supra quoq; memini, ANNO ET DECREPITAS FALSITATES. Item, VETERTAS OPINIONES: Et, DIV DEFENSAS ATQ; CREDITAS FALSITATES vocat, Augustinus. O ergo rum Hispanum, cum miserrimo tuo Missæ pro defunctis Sacrificio latione, cum, autore Augustino, quem ut tibi militaret, strenuam propugnaret, in aciem Veteranum produxisti, fundamentum Sacramisse pro defunctis, non nisi annose & decrepite sint falsitates & annose opiniones, & diu defensione atq; ereditate falsitates. Vides itaq; in mo & altissimo asinino ruditu, cantionem Missæ tuæ intonuisse, qui Lami exeat, ubi videtur, cuius toni sit Missæ Sacrificiū, pro defunctis.

Sed pergamus Siciliam: Muse, paulòq; maior a canamus. Idem, qui Hispanus, alio loco: Neq; negandum est defunctorum animas peccatorum suorum viuentium releuari, cum pro illis Sacrificium MEDIATORIS OFFERTVR, vel Eleemosynæ in Ecclesia pro illis fiunt. Tum etiam Commemorationes ergo Sacrificia siue Altaris, siue quarum cunq; Eleemosynarum pro baptizatis defunctis offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt, pro annose valde malis, propiciationes sunt. Sed & pro eodem Augustino mortuo, ex recepta, hysq; viuo probata consuetudine, Sacrificiū esse commemoratiōem defuncti, pro eius commendanda corporis depositione Sacrificiū Deo oblatū. Frustrabitur agam cum Hispano. Non enim commodam, quam ex Patribus attuli, interpretationem istius admittet consuetudinis. Teum itaq; Sancte agam Augustine, quem multò æquorem nobis esse scio. Quæro itaq; ex te, optime Pater: cur non negantur defunctis

Fol. 367.

August Enchirid. capite. 10.

20
21
22
23

... animas pietate suorum uiuentium releuari, cum pro illis sacri-
 ... mediatoris offeritur? Estne hæc perpetua tua sententia? An non? An
 ... non tu ipse dixisti: Noli meis literis, quasi scripturis Canonicis inserui-
 ... in illis, & quod non credebas, cum inuenies, incunctanter crede. In
 ... autem, quod certum non habebas, nisi cum certum intellexeris, noli fir-
 ... reuocet Et iterum: Nolo auctoritatem meam sequaris, ut ideo putas,
 ... aliquid necesse esse credere, quoniam à me dicitur. Sed aut scripturis
 ... Canonicis credas. Et c. Et postea ibi. Sed si diuinarum scripturarum, earum
 ... que Canonice in Ecclesia nominantur, perspicua firmatur auctoritate,
 ... sine ulla dubitatione credendum est. Alijs uero testibus, uel testimonijs, qui-
 ... bus aliquid credendum esse suadetur, tibi credere uel non credere liceat,
 ... quantum meriti ea adiuuentem ad faciendam fidem uel habere, uel non ha-
 ... bere perpenderis: Augustinus. Dixi & scripsi quædam de sacrificio, releua-
 ... ri eo animas defunctorum, quod nosti, cum diligenter ad eò in meorum lectio-
 ... ne ueritas scriptorum: sed temporis & seculi, in quod me idi, CONSUE-
 ... TVDINE, cuius magna uis, imò Tyrannis est, deceptus: sicut & de purga-
 ... torio dabatur, Platonem cuius fui studiosus secutus, & sic aliorum iudici-
 ... um, minus considerat. Sed tam en non ignoras, alibi, re diligentius perpensa,
 ... sacra reuocant. Volumina, re alius me scripsisse, & diseritè negasse omnia
 ... Haec enim mea sunt uerba: Nec ullus est ulli medius locus, ut possit esse,
 ... nisi cum Diabolo, qui non est cum Christo, Et animas statim, postquam ex
 ... corpore discesserint, iudicari, & uel in requie esse, uel in pena & damna-
 ... tione, exemplo Lazari & diuini. Item, non esse medium locum, extra re-
 ... gnum celorum, & damnationem. Et iterum: In quo enim quæ inueni-
 ... tione nouissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies:
 ... qualis in die ista quis quæ moritur, talis in die illo iudicabitur. Et
 ... Primum fides Catholicorum diuina auctoritate regnum credit esse
 ... unde non Baptizatus excipitur. Secundum, Gehennam, ubi omnis
 ... uel à Christi fide alienus, supplicia experitur. Tertium penitus ig-
 ... nus, imò nec esse in Scriptura sacra reperimus. Porro d Coenam Domi-
 ... nificium Noui Testamenti uocauit, non quod pro peccatis uiuorum uel
 ... horum offerendum esse iudicauerim, sed quod sacrificijs illis ueteris
 ... uerenti successerit omnibus, quæ immolabantur in umbra futuræ, ut di-
 ... cta habent uerba. Item: MANDUCARE PANEM DOMINI,
 Bb iij EST

August. de Tri-
 nitat. lib. 3 in
 proæmio.
 August. de pec-
 catorum meri-
 tis & Remiss. lib.
 1. cap. 28.
 August. de Ori-
 gine anima lib.
 2. cap. 4.
 lb. cap. 11.
 Id. Epistola 80.
 Id. contra Pelag.
 Hypognost.
 lib. 5.
 Id. de Ciuitat.
 Dei. lib. 17. cap.
 20. In eod. ca. 5.



Fol. 368.
August. confess.
lib. 9. cap. 13.

EST IN NOVO TESTAMENTO SACRIFICIUM CHRISTIANORUM. Et hoc quoque est, quod de matre mea mortua scripsi, quod in modo memoriam sui ad altare fieri desiderauerit, unde sciret DISSECTARI. Victimam sanctam, qua deletum est Chirographum, quod erat scriptum nobis.

Hec mea sunt verba, mea haec est sententia. Haec inus Augustinus gratiam sanctissime pater, pro optima hac tua informatione. Ego quibus hac, quae tua est pietas, sententia, quam in scriptis tuis legi, nunquam audivi. Volui autem eandem ex te alios quoque audire.

Fol. 368.

Redeo iam ad meum Hispanum, qui pergit, & his adiungit gratiam, quod vocat Gregorij Magni testimonium. Multum, inquit, dilectissimus, solet animas post mortem sacra oblatio hostiae salutaris adiuuare.

Certe equidem. Dominus Gregorius de Fallencia, est Gregorius, tuorum aequae ac tu minus vigilante, non grauisimum, sed leuissimum, in pro suo vel ponderis vel momenti, testimonium affers. Quod eadem sententia rejicitur, quae asseritur, secundum Hieronymum: Quia de Scripturae auctoritatem non habet, sicut & aliae istius fabulae & spectrorum holoicum apparitiones, à quibus & purgatorij Platonici, & scripturae lationem pro defunctis, didicit. Quas magno numero valde ridiculas, absurdas, ex eiusdem scriptis recensere possem, ex Dialogorum lib. 4. cap. 53. 54. sed temporis ratio iam non fert. Quia verò purgatorij, & sus pro defunctis confirmant ista, ideo balsimum vobis redolent, & in Stygia palude profecta, sulphur sint & bitumē, quibus purgatorij, & steter ignis succenditur & fruētur.

Fol. 372.

Hic verò me ineptè facere Hispanus ineptus ait, quod aduersus scripturam, & florē eius, in qua Gregorius narrat, animas nonnunquā a defunctis, & dispositione et virtute, & viuis, & pro se sacrificium fieri poterent, apponit, & opponā ex Chrysostomo: cum illa sint recte à Chrysostomo contra magias et necromanticas artes disputata, adeoque Diabolics hoc in genere, & magias, & Sed apparitionibus eiusmodi nullam adhibere fidem, si sine gratia, & testimonio probate, hominum ceruicoforum, plerumque etiam stultorum esse putamus.

Chrysost. in
sap. 8. Matt.
Homil. 29.

Gratiā habeo, mi Domine Gregori Sic Heretici & sectarij, & vici & stulti, tractandi sunt, & Missae sacrificij spectrorum apparitionibus maneat liberati. Sed primum, Hispani, locū Chrysost. ex Disputationis meae praefatione integram

repetamus, cuius Verba ita habent: Quod Verò immolatorum ho-
 animæ ipsis aruſſicibus cooperentur, unde mihi perſuadebitur? An
 Demonicos clamare nonnunquam audiuiſti: ANIMA HVIVS
 SVM? Verùm hæc quoq; omninò à fraude & deceptione Diabolica eſt.
 animæ de ſancti eſt, quæ iſta dicit, SED DÆMON, qui hæc, audie-
 ri dicitur, fingit. Et paulò poſt: Quare vetularum hæc Verba tenu-
 un ducenda ſunt, & puerorum terriculamenta. NEC ENIM PO-
 TEST ANIMA A CORPORE SVO SEPARATA,
 IN HIS REGIONIBVS ERRARE. Iuſtorum enim animæ
 in manu Dei ſunt: Peccatorum Verò, peſt hunc exitum, continuò abducun-
 tur. Quod à Lazaro & diuice planum eſſicitur. Hactenus ibi. Quod igitur
 eludere hunc Chryſoſtomi locum conatur Hiſpan. quia illic tan-
 de magis artibus, excitatis Dæmonibus, & orūq; ſpectris, diſputet Chry-
 ſoſtomi miror Hiſpani cecitatem, quod, eſi in hypotheſi ab initio diſputet,
 non nos videt, cum poſtea in theſi generaliter addere: (ſicut à me poſt-
 nec poſſi. n. anima à corpore ſeparata in his regionibus errare. Idq;
 eſt, & dicitur eſt, ex Scripturæ S. S. teſtimonijs. Quod ſi aut omninò hoc
 eſt, & cæcitate ſua, obſcuratū habes intellectu, vide nequit ſalpa cæci-
 eſt, & ſibi ſatis fieri illis patitur teſtimonijs, præſertim cum de culi-
 agatur, in iſta de Purgatorio materia, veni, n. caret auribus: age audia
 Chryſoſtomi, de omnibus omninò ſpirituū apparitionibus diſſe-
 ſi, ubi: Ne igitur queramus, inquit, hæc audire à mortuis, quæ multò
 quotidè nos docent ſacræ literæ. Nā ſi nouiſſet hoc Deus, quod mor-
 tuis uiuentibus eſſent proſuturi, nequaquā omiſiſſet, neq; tantum lu-
 cratiſſet, qui cuncta nobis vtilia procurat. Adhæc, ſi aſſidue
 moriui, nobisq; quæ illic geruntur renunciaturi, et hoc ipſum
 tu temporis fuiſſet contemptum. Præterea, peruerſa etiā dogmata Dia-
 exiſſet, idq; admodū facile. Potuiſſet enim frequenter oſtendere ſim-
 Et ſtatim: Si multi deſunctorū rediiſſent in vitā, innumerabiles
 Dæmon dolos texuiſſet, multaq; fraudē in vtilam hominum in-
 Eoq; Deum ocluſiſſet fores, NEC PERMITTIT ALI-
 M DEFUNCTORVM HVC REVERTI, ET
 ARE, QUID ILLIC FIAT. Ne, accepta oc-
 ſinas ſuas omnes inuclat. Hactenus Chryſoſt. Hoc Chryſoſo-
 iudicium.

Chryſoſt. de La-
zaro Homil. 4.

Audi Hiſpani.

iudicium cum Gregorius, minus vigilans, neglexisset, fecit Satan, quod
vaticinatus est Chrysostomus.

Hieron. Apo-
log. aduersus
Ruffinum.

Postrema acie, tanquam in presidio post principia collocata, pro-
ducit Clementem Rom. qui aliis omnium primus est, Petriq; Apostoli discipu-
lus. Quod cur faciat, facile diuinare non possum, nisi forte parum
in hunc veteranum ponat. Primum, quod sciat, non magnum pondus
habere scripta. Sicut in his ipsi Recognitionum libris, ex quo hoc depo-
situm est Testimonium, ita Eunomij dogma in quibusdam insertum esse
testatur Hieronymus, ut nihil aliud, quam ipse Eunomius, disputare
Deinde, si maxime summe esset autoritatis eius testimonium, nihil
Hispano proderit: sic enim habet. Conuenite in coeniterijs ad legendos
libros, et canendos Psalmos, pro mortuis Martyribus et sanctis con-
qui sunt a seculo defuncti, ac pro fratribus vestris, qui sunt in Do-
tui. Et Eucharistiam Deo acceptam, antitypon, id est, Sacramentum
corporis Christi, offerite in Ecclesijs vestris, atq; etiam cum excedunt
prosequimini cantu Psalmorum, si fuerint fideles. Preciosa enim in coe-
Domini mors sanctorum eius.

Apoct. 24.

Psalmos dicit cantandos pro mortuis Martyribus et sanctis con-
qui sunt a seculo defuncti, ac pro fratribus, qui in Domino uo-
Quam ob causam cantandi pro illis sunt Psalmi? Num, ut ex purgatorij
gilyis istis liberentur? Nequaquam uero absurdissime. Si enim, ut loquitur
Clemens, in Domino mortui sunt, beati sunt, iuxta hoc illustre Apostoli
testimonium: Beati mortui, qui in Domino moriuntur, amodo requiescent in
boribus suis. Sed addit, inquit Hispanus: Et Eucharistiam Deo acceptam
ferite in Ecclesijs vestris. Recte. Coenam Domini uult celebrari, quod offe-
cit offerre in Ecclesijs, hancq; Deo dicit acceptam, hoc enim quis ignorat, aut
dubitare? Sed nequaquam pro defunctis offerendam docet. Quia igitur hoc ad-
rem, Hispanus? Verum, phreneticus Hispanus, cum mentionem fieri uult de
functorum, et Eucharistiae, ideo coniungenda esse duo illa putat, uide licet
Eucharistiam Deo offerendam pro defunctis. Sed hic uel furor est Hispanus,
uel, ut minimum, uertigo. Hec autem non tam pietatis studio, quam turpi-
lucri et questus causa faciunt, in Missarum suarum nundinationibus turpissi-
simis uilissimisq; quibus eas prostituunt, pietatem pro questu habentes ple-
riq;. Alij uero superstitione fascinati.

Demonstravimus hactenus, non solum firmissimis S.S. Scripturae te-
nibus & argumentis, praecipue ex Coena Dominica a Christo facta in-
sione, Missae Pontificiae Sacrificium non esse propiciatorium, nec etiã
dici posse applicari, nihilq; ad illius confirmationem facere Patrum te-
stimonium, ab adversario allata. Sicut ordine ad singula est responsum, qua-
estione non est opus.

Quod igitur concludit Hispanus. Eant igitur nunc, Heerbrandus & Fol. 369.
Comutus, cum reliqua turba praedicantium, & usq; ad satietatem nugen-
ter, Purgatorium fictionem esse poetica, ac Missas pro defunctis un-
getas. Das Gilt's ee
ha: s innen zu
hauß g'lagt.

Καταπαύουλος. Sed sat in sanus es Hispanus? Itane tu Purgato-
rium, Missas pro defunctis, probasti? Quibus verò verbis vllus omnia
sancti Petri, quos produxisti, vel vnicò verbulo, purgatorij mentionem fe-
cit? Periculisq; est, quod nobis, quasi devictis, insultare cupit. & ante
Victorian Episcopion canit.

Ceterum malè hominem habet, quod purgatorium Poeticum vocave-
rim. Adhuc autem & Platonium: Et quidem rectè. Hæc enim per o-
mnia Virgilius Æneid. 6. habet, quæ isti de suo purgatorio somniant & fa-
bulantur. Ex Platone autem ortum Purgatorium Pontificium, nemo, qui
Platonem legerit, negare potest. Quod ut manifestum faciam omnibus,
ex Platone adscribere libuit, ubi Purgatorium describit: Omnes post Plato in Phædo-
norum defunctos, & qui honestè sancteq; & qui aliter vixerint, certo nevel de anima.

locum loci iudicandos. Itaq; inquit, quicumq; in vita quodammodo tenuis-
simam quoddam comperiuntur, ad Acherontem profecti vehiculis, que
cumq; adfunt, in paludem perueniunt ACHERSIAM, ibiq; habitant,

IGANT VR QVE, POENAS DANTE S INIVRIARVM: Purgatorium.

purificati sunt, absoluntur, rursusq; pro merito singuli benefacto-
rum merita reportant. Qui verò ob scelèrum magnitudinem insanabiles es-
sent, qui videlicet sacrilegia multa, vel cædes iniquas, vel alia ho-
stilia, perpetraverunt: hoc omnes fors conueniens mergit in tanta
profunde nunquam egrediuntur, &c. Qui autem piè præ cæteris vixisse
sunt, hi sunt qui ex terrenis locis, tanquam è carcere, soluti atq; li-
berati ad altiora transcendunt, puramq; supra terram habitant regionem.
Isti autem quicumq; satis per Philosophiam purgati sunt, absq; corpo-
rum omnino totum per tempus viuunt, habitationesq; his pulchriores
nanciscuntur.

nanciscuntur. Quarum pulchritudo neq; facilis dictu est, neq; presens
opus ad dicendum sufficeret. Hactenus Platonis Verba.

Iudicent iam omnes, Unde Purgatorium Papsilicum ortum sit
rean, nisi omnes sancti fateri cogantur, Pontificios hinc omnia, quae
lo nugantur, mutatos esse, adeo, ut ouum ouo tam non sit simile,
haec illorum. An non enim, Hispane, vos tria facitis hominum generi-
simos, qui statim in Infernum perueniunt: Medios, quos cum Plani
Purgatoriu, igni illic purificandos, mittitis, quod ille paludem vocat
sua: Optimos, sive sanctissimos, quoru statim anima in caeli subuolent.
tur male vos habeat Sacrificuculos, quod Poeticu et Platoniu, fabula
vocemus vestrum Purgatorium, quo vos expurgatis e loculis boni
vestratum aurum & argentum, & igni isto excoquitis ad purum. Sed
& hoc nomine, & propter alias vestras imposturas, & idolomaniam
plices, quibus miseris seducitis animas, quas Christus suo redemit saepe
excipiet non Purgatorius, sed infernalis ignis, quo ardebitis perpetuo
inde egredimini, donec nouissimum persoluatis quadrantem, hoc est
inextinguibili vobis conflagrandum erit.

Quod si vera sunt, Hispane, quae de vestro, hoc est, Pontificio
Platonico, fabulamini Purgatorio, istq; penes vos Sacrifices pro anima
sicut ex Scoto nugatis, commissam sibi portionem distribuendi. Quae
haec vestra est crudelitas, quod, cum Missarum celebratione animas
cruciatibus redimatis (quod fabule Gregorij, narrant etiam) non quatuor
Missis pro defunctis, ex commiseratione & charitate Christiana, etiam
precio, celebratis, liberetis? Non Tygride solum, sed quouis silice, & saxo
duriora vos habere corda necesse est, in quibus nulla scintilla dilectionis
sit Christianae erga proximos, cum animas miseris, illo in Purgatorio
serum in modum ciulantes & clamantes fingatis, miseremini mei, miseremini
vobis saltem amici mei.

Vol. 373:

Postremo, magni momenti questione, ac valde arduam ac diffidens,
sed non (quod disertè protestatur) propter nos, quos vocat Hereticos,
neq; satis idoneos, ad percipienda, quae sunt huius generis, mysteria
abcondita, sed propter suos, proponit: Num videlicet Sacrificum Missae
qualiter omnibus fidelibus, viuis & defunctis, ex operato prosit. Haec
est notabilis, & Magistralis questio. Ad quam respondet: Ex Eccl. sic

illis plus, alijs minus valere. Quaedam enim portio, inquit, continetur
 in vobis fidelibus viuis & defunctis, hoc ipso quoda fideles sunt: Quae
 peculiariter ijs fidelibus viuis, quorum nominatim Ecclesia iussu sit
 memoratio in omnibus sacris, cuiusmodi est, summus Pontifex, Rex, &c.
 Quaedam ijs, qui procurant, ut sacrificium fiat. Quaedam ijs, qui assistunt. Quae
 ijs, qui ministrant, Quaedam sacerdoti, sacris operant, Quaedam ei,
 sacerdos vult peculiari intentione sacrum applicare, &c.

Ergo verò, Hispane, etsi idoneus tibi non videar, qui Eleusynia haec
 vera intelligam sacra: Si tamen in hoc a te dissentiam (alijs enim, quod
 habere audisti, per omnia mihi tecum belle conuenit) non molestè ferēs.
 In hoc autem sum sententia: Vni tantum prodesse hoc sacrum, quantum alijs,
 & aequaliter omnibus, siue viuis, siue defunctis, hoc est, (ut vno verbo, tua
 praedican) omnibus, excepto Sacrifice, qui optimam de tota Missa partem
 sibi huius & seruat nummos. Et hoc totum est, quod agitur in Missa. Auri
 seras, quid non mortalia pectora cogis? Sicut vester Albertus quoque
 Magus scripsit de officio Missae: Tot, inquit, fieri possunt suffragia pro
 vno aliquo, quod statim in memento liberatur. Et ideo in hoc solo casu me-
 morandum dicitur, quam pauperis: Quia habet, vnde suffragia fiant
 pro ipso. Vnde Proverbia. 13. dicitur. Redemptio anime viri diuitia sua.
 Pauper ergo ubique iacet. Et qui non habet in aere, luat
 in corpore, secundum iureconsultos, sed secundum vos etiam in anima.

*Albert. Mag.
 de officio Missae
 cap. 16. Tract.
 3. K.*

Sed ut iocis positus, serio rem agamus, vnicum est tantum salutis nos-
 trae meritum, passio nempe Christi, super quem Deus posuit omnium no-
 strarum iniquitatis. Ipse vulneratus est & attritus propter scelera nostra,
 passio super eum, ut nobis esset pax. Non tantum enim pro peccatis
 satisfecit, sed etiam poenas peccatorum nostrorum sustinuit in suo
 corpore, omniaque in cruce sustulit, vnicam oblatione in sempiternum per-
 faciens sanctificandos. Huius merita singuli vera apprehendunt
 applicant fide. In hunc enim omnis qui credit, iustificatur. Sicut ipsemet
 testatur, inquiens: Qui credit in filium, habet vitam aeternam:
 etiam non venit, sed transiit per mortem in vitam. Qui verò non
 credit, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Quare qui vita
 pergitur, aut in fide in Christum decedit, aut sine fide. Si fide etiã infirma,

Cc ij que

que Christum, salutis nostre anchoram & petram firmissimam apprehendit, dubitationemq; vincente, decedat: iuxta Christi promissionem, habeat vitam eternam, & in iudicium non veniet, sed transiit per unum corpus in vitam eternam. Sicut latro, propter scelera sua in crucem us, ubiq; demum conuersus ad Christum, audit: Amen dico tibi, hodie eris in Paradiso. Cur non flagitiosum istum hominem, qui tot tantum scelera perpetraverat, in purgatorium prius ablegat, excoquendum & purificandum a suis peccatis? Quia nuge sunt Poëtice, & scilicet Purgatorium. Christus autem totus est & integer, non dimidiatus, licet tor, qui populum suum saluum facit. Qui verò sine ista in Christum hac migrant vita, non in Purgatorium (nullus est enim medius locus), supra ex Augustino audiuius, sed infernum venit: vnde nulla libet.

Que cum ita habeant: cur nihilominus Patres pro defunctis precorantur? Augustinus pro sua matre orat defuncta, ut Deus illi debeat, inquit, contraxit per tot annos post baptismum, dimittat. Et statim Credo iam feceris, quod te rogo, sed voluntaria oris mei approba Deo. Respondeo itaq; multas posse reddi rationes probabiles, si cum bonis veritatis & pacis studiosis & amantibus, nobis res esset. Nam cum incarnatis Diabolis, Sophistis, calumniatoribus, terrorum terrorum multiplicium, & horrenda idolonanie, patronis tarpissimis, impudentissimisque Rabulis, quia nobis est agendum, moderata consilia non habent.

Cuperemus quidem neuos Patrum dissimulare, propter ipsorum Dei dona, que in illos contulit: quibus Deo & Ecclesie non tantum in vita vtiliter seruiuerunt, sed etiam de omnium temporum Ecclesia, praeteris & eruditus suis monumentis, bene sunt meriti, vtilemque nauauerunt operantur, incommode dicta, commoda interpretatione, secundum scripturam facta silent. Sed quia impij & scelerati isti Esauite (ut olim Chum patens tis sui pudenda monstrauit) verenda illorum retegunt, & quasi honestiores corporis essent partes, in lucem proferunt, quid nos faciamus? Quia illud, quod iam dixi, non permittitur nobis, non possumus omnia illorum dicta & facta excusare, multò v. r. minus defendere. Ideoq; salua, que illis debetur reuerentia, dicere nos oportet, quod res est: Patres interdum temporum consuetudine, (quod supra ex Augustino ipso audiuius) seu inuenerunt


lis, & minus commodè dictis, maleq; intellectis, ut quod Coenam Domini sacrificium vocauerunt, oblationem, hostiam, inuentum sacrificium, pro-
cramentū illud Coenae Dominicae, in actione planè totoq; genere dicitur
SACRIFICIUM scilicet, & quidem, sua opinione, verè PROPICIATORIUM,
non solum viuorū, sed etiam defunctorum, & quidem ad am-
lorum ex igne quodam purgatorio liberandas, mutauerunt. Quae Poni-
ficia (ut interim taceā testimonia quā plurima, quae ex nobis profertur
thoribus) cum contra institutionem Christi ab aduersarijs allegantur, ma-
ius planè sunt auctoritatis, etiam ipsorum et Patrum iudicio, quod licet
ter in hoc scripto est ostensum. Ideoq; quod plaustra testimoniorum Hæreticorum
ex eis, præter ipsorum mentem & voluntatem, adducit, curam neminem
etiam si idem planè sensisse eos, quod Romanenses hodie, comprobantur
quod tamen in æternum nunquam fiet. Contemti enim sumus verbi
tatione Christi, quam nobis tres Euangelistæ, Mattheus, Marcus, Lucas,
Apostolus Paulus, qui ea à Domino in tertio cælo accepit, descripsit, et
nobis sufficiunt, in his acquiescimus: Nec ab hominibus quibuslibet
dem, siue patribus, siue matribus, imò ne quidem ab angelis, que quædam
& Testamento Christi superordinatum accipere, volumus. Sed hoc
linquimus auctoribus, & qui his suo cum periculo consentire eaq; con-
si voluerint, ideoq; Coenam Domini cum gratiarum actione veniet, MIS-
SAM PONTIFICIAM missam facimus. Quod vitina aduersarij quæ
facerent. Sed partim propter questum, partim verò superstitione excen-
ti homines retinent, quos iusto Dei iudicio relinquimus, cum quod possu-
mus viuunt, nihil reliquum faciamus. Ut fidei nostra opera è terra vitina
uertantur ad Deum viuunt, per lucem verbi eius, & Episcoporum antierum
nostrarum, audita voce vnicuique pastoris nostri, Iesu Christi, ut eandem vna
nobiscum saluentur. Quia verò vnicuique patri cælesti innumeram aliorum
nium patrum præferunt turbam, nec osculari filium volunt, aut agnoscere
tempus visitationis suæ, qua Deus ipsis gratiam suam & salutem perpetuam
offert. Ideo in alia lingua loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo con-
turbabit eos, sicut olim Iudeorum Synagogam. Quod si non in hac vna decu-
derit, eò quod digni non sint, propter crudelitatem immensam, sacra exco-
crata, Testamenti nempe Christi violationem, horrendam Coenae Domini
prophanationem, Idolomaniam multiplicem, pertinaciam summam, horrendasq;
blasphemias in Christum, eiusq; vnicuique propiciatorium sacrificium: certe
ni a


penitentia se vera fide ad Christum, unicum Redemptorem, Mediā
 & Saluatorem conuerterint, in altero seculo ignis inextinguibilis
 & supplicio adiudicabuntur. Vbi erit fletus & stridor dentium
 & perpetuusque eiulatus, ex quibus nullis, etiam plurimis, ac immensis, li-
 berabuntur Missis, sed cum Diabolis perpetuo cruciabuntur. Hoc scito, &
 memora tibi persuasissimum habeas. Hispane, cum omni tua societate. Ideo
 acrius, quod te scire volui, ne cum euenerint hæc tibi non prædicta queri
 possit. Quare in tempore desiste, & caue.

ERRATA SIC CORRIGE:

f. folium l. lineam significat.

Folio 2. linea 13. lege, præsertim. Eodem f. l. à fine 5. perpetuo. Sequenti l.
 defensione. f. 3. l. 18. dicens. f. 4. in margine, Faustum. f. 9. l. 6. à fine, Cœna
 Dominica. f. 11. l. 7. taciāt. Eod. à fine l. 7. blasphema. f. 18. l. 9. Cœna. f. 19.
 l. 18. vendicā. Eod. l. 25. ab initio, adde, non. f. 22. l. 7. Parisiensis. f. 13.
 l. 2. sicut supra, intellige, Explicat. au sarum. f. 30. l. 3. hisirionis. f. 37. l. à fine
 7. communicant. f. 38. l. 12. institutum. f. 40. l. 4. ab initio, pro vel, lege, & f.
 49. l. 5. pacifici. f. 53. l. 1. quā. Eod. l. 7. à fine, eandem. f. 57. l. 10. post ad-
 vocatū, add, dixi. f. 60. l. vlt. quoduis. f. 62. l. 5. post panem, adde, vocat.
 63. l. 5. intelligeret. Eod. l. 9. putes. f. 67. in marg. pro sol. 41. lege. 141. f.
 68. l. 1. vocauerint. f. 81. l. 5. anima. f. 85. l. 12. omnes. f. 86. l. 8. conceptā.
 91. l. 19. motu. f. 93. l. 16. futuram. f. 104. l. 20. deprompsit. f. 115. l. 16.
 116. l. 10. domum. f. 117. l. 4. verbum. f. 118. l. à fine 10. annunciantis
 119. l. 12. filij. f. 132. l. à fine 12. emēdari. f. 135. l. à fine 4. producit. f. 141.
 147. gstatim ab initio lege, Spong. fol. 46. b. f. 147. l. 16. potuerūt. f. 148.
 Nullz. f. 149. l. 6. intelligat. ibi. l. 8. Nam. l. 9. eiusq;. f. 156. l. 10. homi-
 160. l. vlt. dele, vt. f. 169. l. 6. sedet. f. 176. l. 17. Archite. bl. 24.
 25. post, deleri, punctum. & post, offerimus, dele virgulam. f. 178. l.
 25. offerre. f. 181. l. à fine 9. musu auo. & l. 7. post exaudi, adde, pos-
 182. l. 21. post sanctificandos, omissum est, loca.






noctim
facit


miq re
cis can
liban
habet
x ope
m esse
ram a

is, or
absolu
a Piar

Andon
bota 4







27/24

Th
956